teſtimoniū ꝑhibeam veritati. Et omnis qui ex veritate eſt: audit vocem meā. Et pylatꝰ iterū exiuit ad iudeos ꝛ dixit. Ego nullā in eo inuenio cauſam. Corripiam eum ꝛ dimittam. Eſt enim conſuetudo vt vnū dimittā vobis in paſcha vultis dimittā vobis regē iudeorum an barraban. Reſpōderunt. non hunc ſed barraban. Tunc apphendit te pylatus et fecit te exui. ꝛ nudum in ɔſpectu irriſorū iuſſit aſtare ꝛ ſic acriter flagellari vt per ſacrum corpus tuū vndiqꝫ efflueret nobilis ſanguis. qui cōfectus fuit ex flore humanitatꝭ: ꝛ adipe diuinitatis. Tūc circūdederunt te viri mendaces ſine cauſa flagellis ſuis ceciderunt te: ꝛ nō pepercerunt vultum tuū dulciſſimū cōſpuere. tenerrimū corpus tuū amariſſimis verberibꝫ diuellere: addentes plagas plagis. liuores liuoribꝫ ꝛ vulnera vulneribus. vt nil maneret inuulneratum ꝛ illeſum. a vertice capitis vſqꝫ ad plantam pedis. Et hec omia patiēter ptuliſti. ſuſcipiens in te oēm iram patris tui quā nos meruimus p peccatis noſtris. O bone Jeſu per hanc magnā acerbitatem flagellorum qua dilacerata ſunt dulcia ꝛ tenera membra corporis tui. ꝛ p nimiū dolorē q ptrāſiuit oia viſcera tua. quādo de columna ablatus es. et veſtibꝫ tuis reindutus ꝛ p omnes terrores. liuores et maculas ꝛ cicatrices ꝛ vulnera. que de amaritudine flagellorū ſuſcepit tuum delicatū ꝛ virgineum corpus. qd tam ſepe aſtrictum fuit caſtis amplexibus ꝟginis marie. Obſecro te vt melliflua beate paſſionis tue memoria cordis mei cogitationes indeſinenter afficias. et tuo roſeo cruore penetrabilia mentis mee iugiter aſpergas ad laudem ꝛ gloriam nomis tui. Amen.

De expoliatione. illuminatione. coronatiōe ꝛ pcuſſione capitis Jeſu.

GRatias tibi ago dñe ieſu xp̄e q hora diei tertia introductꝰ es in ptoriū a militibus. qui exuerunt te coram omi cohorte veſtimētis tuis. ꝛ clamide coccinea circumdederunt te regē glie q ab eterno circūdatus es glia ꝛ honore. Et plectentes coronam de ſpinis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſuerūt ſup̱ caput tuū. ꝛ imp̄mentes eaȝ capiti tuo vſqꝫ ad cerebri teneritudinē. Et tuuȝ diuinū caput m̄ltiplici ſpinarū dēſitate ita ꝯfixerūt. vt ſanguis vndiqꝫ efflueret ſup̱ faciem tuā Et harūdinē dabāt tibi in dexterā tuaȝ ꝑ ceptro regali q̄ es rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū. Et genuflexo añ te illudebāt dicētes. Aue rex iudeorū. Et dabāt tibi alapas: q̄ es dominꝰ ꝟtutū. cui luna ſol ꝛ ſidera ꝛ oīs ordo celicus deſeruit. Et ſpuerūt in faciē tuā amabilē. cuiꝰ pulcritudinē ſol ꝛ luna miranť. Et acceperūt harūdinē de dextera tua ꝛ ꝑcuſſerūt caput tuū. O bone ieſu ꝑ hāc coronā ſpineā q̄ multis pūctuℽ ris ſpecioſuȝ verticē tuū diuulnerauit. ꝛ ꝑ miſerabilē faciem tuā quā tūc habuiſti turgidā ex ꝑcuſſionibꝫ ꝛ lacrimis. ꝛ liuidā plagis. ꝛ ſuffuſaȝ ſanguine. ꝛ fedatā ſputis. ꝯcede anime mee tā amabilē facieȝ. vt clari oculi tui delectenť eaȝ videre. Amen.

De iniuſta ꝯdēnatione ieſu ad mortē crucis.

Gratias tibi ago dn̄e ieſu xp̄e ꝓpter ſcā ꝛ deuota veſtigia q̄ ibas de ꝑtorio: portans ſpineā coronā ꝛ purpureū veſtimētū. non clarēs impio. ſed plenꝰ opprobrio. ꝛ dixit pylatus. Ecce hō Quaſi diceret. Si legē inuidꝫ Jā ꝑcite qꝛ delectū videtꝫ Et illi intuētes te terribilibꝫ ocul' horribiliter clamabāt dicētes Crucifige crucifige eū. Et dixit pylatꝰ. Ego nō inueio cauſaȝ mortis in eo. Accipite euȝ vos ꝛ crucifigite. Clamauerūt oēs. Nos legē habemꝰ. et ſ̄m legē dꝫ mori. qꝛ filiū dei ſe fecit. Tūc pylatꝰ introiuit in pretoriū. ꝛ aduocauit te ad ſe. Et dixit. Vn̄ es tu. Et tu ſapiētia q̄ ex ore altiſſimi ꝓdiſti. nō dediſti rn̄ſum Sꝫ tā manſuetꝰ fuiſti in oībꝫ iniurijs tuis vt mirareť ip̄e iudex iniq̄tatis Et cū tibi diceret ptātē ſe hr̄e crucifigere et dimittere te. humiľr rn̄diſti. nō hr̄es ptātē in me niſi deſup̱ tibi datū fuiſſet. Tūc exiuit pylatꝰ. et ſedit ꝓ tribunali. dixitqꝫ iudeiſ Ecce rex vr̄. Illi aūt clamabāt dicētes. Tolle: tolle. crucifige eū Et dixit pylatꝰ. Regē veſtruȝ crucifigā. Illi aūt negauerūt. ꝛ abdicauerūt te regē ſuuȝ eſſe dicētes. Nō habemꝰ regē: niſi ceſarē. Ego aūt ꝯfiteor te hodie deū ꝛ dn̄m meum eſſe. Et

plane gaudeo ꝙ in te hēmꝰ ad
uocatū ⁊ pōtificē ſcientē cōpa
ti infirmitatibꝫ nr̄is. Et peto
te vt ꝑfitearis me hodie añ fa-
cie pr̄is tui. ⁊ dicas aie mee. ſa
lus tua ego ſum. O vnicū ſo
laciū meū. Item horribilr̄ cla-
mabat ppl̄s ſup̲ te ad iudicē.
dicēs. Si hūc dimittiſ: non es
amicꝰ ceſarꝭ Tūc pylatꝰ ſciēs
ꝙ p̲ inuidiā tradidiſſent te. ſꝫ
tñ volēs pplo ſatiſfacere. La-
uit manꝰ corā pplo ⁊ dixit. In
nocens ego ſum a ſanguie iu-
ſti hꝰ. vos videritꝭ. Et clama
uit oīs ppl̄s ⁊ dixit. Sanguis
eiꝰ ſup̲ nos ⁊ ſup̲ filios nr̄os.
Tūc dimiſit illis barrabā: et
te innocētē filiū dei tradidit
in morte. O bone ieſu p̲ hanc
terribilē ſniam dānatiōis tue
⁊ p̲ magnā patiētiā ⁊ hūilita-
tē tuā ⁊ māſuetudinē quā oſtē
diſti nob in oibꝫ tribulatiōibꝫ
⁊ anguſtijs q̄s ꝑtuliſti ingre-
diēs ⁊ egrediēs: ⁊ de iudice ad
iudicē veniēs: fac me hūilē ⁊
pacificū i oibꝫ opibꝫ meis. A.

De baiulatiōe crucꝭ ad lo-
cū caluarie ⁊ crucifixiōe ieſu.

Gratias tibi ago dn̄e
ieſu xp̄e ꝗ hora diei ſex
ta exutꝰ es purpura ⁊
veſtibꝫ tuis reinductꝰ a militi
bus. ꝗ eduxerūt te valde igno
minioſe in medio duoꝝ latro
nū: baiulantē tibimetipi pati
bulū crucꝭ. et currebāt poſt te
plāgētes ⁊ lamētātes. aliȷ̄ illu
dentes ⁊ irridētes. vt iā penitꝰ
ſub onere crucis deficeres p̄ ni
mietate laboris. Sꝫ appheñ-
derūt q̄ndā noie ſymonē quē
angariauerūt vt portaret cru
cē pꝰ te. nō p̲cēdi mia ſꝫ timē-
tes ne forte deficeres i via ante
q̄ꝫ iplerēt in te oēꝫ ſuā maligni
tatē. Et in oibꝫ his tribulatio
nibꝫ ⁊ anguſtijs pie ꝯuertiſti
te ad mlieres q̄ ſeq̄bant te. plā
gētes ⁊ lamētātes ⁊ cōſolaſti
eas dicens. Filie hierlm nolite
flere ſup̲ me ſꝫ ſup̲ vos. Quia
ſi in ligno viridi hec faciūt: in
arido q̄d fiet. ſꝫ cū p̲duxerunt
te ieſu ad locū caluarie. tūc nu
dū liuidū ⁊ expoliatū exuerūt
te dn̄m gl̄e: quē circūdant flo-
res roſaꝝ et lilia ꝯuallīū ⁊ ſine
oī honore fecerūt te ſtare in cō
ſpectu mr̄is tue ⁊ oīm amicoꝝ
et inimicoꝝ tuoꝝ ꝗ terrā tā io
cunde diuerſ floribꝫ reſperſis
et celū lucidis ornas ſideribꝫ.
O dulcedo aie me. tūc te regē
gl̄ie ꝑ deſpectiſſimo imo viliſſi
mo vermiculo crucifixerūt: ex-
tendētes te ſic nimie et tā cru-

deliter. vt poſſent dinumerare oia oſſa tua. ꝛ tranſfigentes man⁹ ꝛ pedes tuos ꝙ ex amara extenſiōe manuū ꝛ pedum tuorū renouata ſunt omia vulnera. ꝛ omis dolor corꝑis tui O bone ieſu Rogo te per hec ſacra veſtigia que nud⁹ ibas vſqꝫ ad ſanctā crucez. ꝛ ꝑ magnā ignominiā quaz ꝓtuliſti. ꝛ ꝑ nimiā caritatē qua crucez aſcēdiſti. vt ipa caritas tā integre ꝛ ꝑfecte cōburet ꝛ ꝯſumat in aīa mea omia vicia vt fiat puriſſimū ſpeculū tue ſctē trinitatis. Amē. De vulneratione ac extēſiōe ieſu in cruce. et de ſupplicatōe ꝓ inimicꝭ ſuis.

Laudo ꝛ glīfico te dn̄e ieſu xp̄e ꝓpter trāſfixionē tue dextere manuſ qua ꝯtremuerūt oīa interiora tua. laudo ꝛ glīfico te dn̄e ieſu xp̄e ꝓpter trāſfixionē tue ſiniſtre man⁹ q̄ toti⁹ corꝑis tui clare vene ꝑfuſe mera deitate ſūt diſrupte ꝛ exiccate. laudo ꝛ glorifico te dn̄e ieſu xp̄e ꝓpter trāſfixionē pedū tuoꝝ: ꝛ ꝑ oēz dolorē q̄ tūc ꝑtrāſiuit oīa viſcera tua. qꝛ acerbitas clauoꝝ penetrauit ſecreta medullaꝝ oſſiū ꝛ neruorū tuoꝝ. reſerans nob̄ theſauros ſanguinis tui ꝑcioſiſſimi. laudo ꝛ glorifico te domine ieſu xp̄e ꝓpter nimiā extēſionē tuā in cruce vt nec man⁹ neqꝫ pedes nec vlluz mēbruz mouere poſſes. Et ꝓpter magnū dolorē q̄ ꝑtrāſiuit oīa interiora tua. qn̄ eleuat⁹ es cū cruce nud⁹ ꝛ dilacerat⁹. liuid⁹ et in ligno duriſſimo extēſus. cōtract⁹. inclinat⁹ in meos amplex⁹. Et ꝓpter ſcām ꝛ deuotā orōem quā orabas ꝓ inimicis tuis dicens: pr̄ ignoſce illis. qꝛ neſciūt q̄d faciūt. Moueāt te pr̄ ignominie mee ſudores et labores mei videanꝶ e celo vulnera iſta. qꝛ ꝓpter ſcel⁹ ppl̄i tui ꝑcuſiſti me. O bone ieſu. ſic orans ad prēm exaudit⁹ es ꝓ conuerſione multoꝝ. ꝛ obſcuratus eſt ſol. ꝛ facte ſunt tenebre ſuꝑ vniuerſam terraz vſqꝫ ad horam nonam.

De opprobrijs iudeorum: ꝛ contumelijs exhibitis Jeſu in cruce. ꝛ de verbo ad latronē in cruce dicto.

Grās tibi ago dn̄e ieſu xp̄e ꝙ tā turpiter pēdebas in cruce in medio duoꝝ latronū. ſaturat⁹ opprobrijs ꝛ irriſionibus nud⁹ ꝛ diris verberibꝫ laceratus: ꝛ cuꝫ iniquis deputatus: vt nos de

putares in cõſortiũ angeloꝝ. Et paſſus es in tuis virtutibus. q2 patientiã ⁊ pſeuerantiã tuã putabãt impotentiã ⁊ inſipiẽtiã dicẽtes ad alterutꝝ. Alios ſaluos fecit: ſeipm non põt ſaluũ facere. Et ptereuntes blaſphemabãt te mouẽtes capita ſua ⁊ dicentes. Vach q̄ deſtruit tẽplũ dei ⁊ i triduo reedificat illud. O bone ieſu tunc factꝰ es in deriſum omi pplo. eſtimatꝰ tanq̃ mortuus ſup terrã. non eſt inuẽtꝰ q̄ te agnoſceret ⁊ faceret bñ. Et luxit omis terra ſup te. ſtabatq̃ ppl's expectans: ⁊ ſeruabãt te. ⁊ erant tibi in tormẽtis illuſores. ⁊ in morte exprobratores diuiſerunt tibi veſtimẽta tua: ⁊ ſup ea miſerunt ſortem. Et vnus d latronibꝫ blaſphemabat te dicẽs. Si tu es chriſtꝰ ſalua temetipm ⁊ nos. Alius vero dixit. Memento mei domine dũ veneris in regnũ tuum. Et tu iuſtiſſime iudex q̃uis ſtares in conſpectu dei patris vt auerteres iram eius a nobis. nõ es oblitꝰ iudicioꝝ tuoꝝ q̄ a ſecl'o ſunt. ſed tuo iuſto iudicio dãnaſti ſupbũ peccatorez. ⁊ iudicio miſcdie tue ſaluaſti hũilẽ penitentẽ. Laudo ⁊ gñfico te dñe deꝰ meꝰ ꝓpter illã caritatẽ ⁊ dilectionẽ q̄ dilectã aiam tuã tradidiſti in manus inimicoꝝ tuoꝝ: ⁊ dulciſſimũ ⁊ tenerrimũ corpꝰ tuum pcutientibꝫ ⁊ dilacerãtibꝰ ⁊ ꝓpter omẽs ↄtumelias ⁊ terrores quas paſſus es in cruce ꝓpter nobilẽ hereditatem ⁊ teſtamentũ qđ diſpoſuiſti i cruceante mortẽ tuaz crucifixoribus tuis veſtimenta diſtribuendo pacẽ diſcipul'. ⁊ pſecutionẽ apl'is relinq̄ndo. mrem diſcipulo cõmẽdãdo. Corpꝰ et ſanguinẽ tuũ ſponſe tue eccleſie ad clenodiũ prebẽdo. latroni paradiſum pmittẽdo. patri ſpũm cõmẽdãdo Per hec oia concede mihi verã hũilitatem voluntariã paupratẽ. hylarez obedientiã. pfectã patiẽtiã. ardentẽ caritatẽ. vt in oibꝰ dulceſcat mihi laus et iubilatio tua. ⁊ areſcat mihi mũdus et oĩs ↄcupiſcẽtia eiꝰ ad laudẽ et gl'iam nomis tui. Amẽ.

De cõpaſſione vginis ⁊ matris Marie: ⁊ mutua cõmendatione eiꝰ iohãni ⁊ ecõtra.

Laudo ⁊ gl'ifico te domine ieſu xpe ꝓpter ineffabilem dolorẽ quez habuiſti cum mariã matrẽ tuã tibi aſtantez

tantis doloribꝰ ⁊ anguſtijs vi
diſti cruciari. ⁊ ꝓpter maternā
cōpaſſionē quā ipa ſup te ha-
buit qn̄ aſpiciebat te vnicū fi-
liū ſuū in cruce ſine culpa extē
ſum: cruētatū ⁊ vulneratū cū
millenis vulneribꝰ. ⁊ carnē de
carne ſua ſumptā. ab impijs
diſſecari et lacerari. Et ꝓpter
ignominioſā et innocētē mor
tē quā ꝑtuliſti a pplo. de q̊ ꝓ ꝓ-
genie natꝰ fuiſti. Grās tibi a-
go dn̄e ieſu xp̄e q̄ torcular cal
cabas ſolus. q2 de gētibꝰ nō e-
rat vir tecū: ⁊ oēs amici et noti
tui receſſerāt a te. Jō circūſpe-
xiſti ad terrā vbi ſtetit mr̄ tua
ſi forte ſaltē ipa te adiuuaret.
et nō erat tibi auxilium ab ea.
q2 fragilis ⁊ dolēs erat. O bo
ne ieſu ꝑ illā anguſtiā in q̄ tūc
ſolus ꝑſtitiſti. et ꝑ illū dolorē
quē habuiſti: cū amaritudinē
paſſiōis tue in tā multꝭ ꝑditā
cognouiſti. Et ꝑ illā cōmēda
tionē q̄ dilectā mr̄em tuā cō-
mēdaſti ſctō iohāni. ⁊ illū ei re
cōmēdaſti. Rogo te vt in fine
vite mee cōmēdes corpꝰ ⁊ ani
mā meā tue glo͛ſe genitrici vir
gini marie. q2 ꝑ eā me redemi
ſti. Amē De valido clamo
re ieſu in cruce hely, hely lama
zabatani.

Gratias tibi ago dn̄e
ieſu xp̄e q̄ terribilit͛ in
cruce clamabas voce
magna dicēs. heloy heloy la-
mazabathani. h̕ eſt deꝰ meus
deꝰ meꝰ vt q̄d me dereliquiſti
Ac ſi diceres. Memēto o pr̄
q̄re me dereliq̄ris i his tātꝭ an
guſtijs. Jō vt ſatiſfacerē tibi
ꝑ pctis hoim. et auerterē irā
tuā ab eis vt reconciliari ꝑ me
inuenirēt grām corā te hodie.
O pr̄ ⁊ dn̄s meus pfeci illud
amara q̄ paſſiōe ⁊ crudeli mor
te ſatiſfeci tue pr̄ne caritati. ar-
denti deſiderio fraterne carita
tis. Et q̄ꝛ creator ab initio fui
illoꝝ redēptor ⁊ ſaluator factꝰ
ſum. Et regnū celoꝝ qd̄ ab e-
terno tecū poſſedi hereditario
iure filij. factꝰ hō in tpe iterū
mercatꝰ ſum illud p̄cioſo ſan-
guie meo. vt hō cuiꝰ frater ef-
fectus ſū illud mecū poſſide-
at in eternū. hereditario iure
fraternitatꝭ O bone ieſu. Sic
orās ad pr̄em cū clamore vali
do ⁊ lacrimis exauditus es ꝑ
tua reuerētia. Quia i altum
aſcēdiſti vt longiꝰ audirerꝭ for
titer clamaſti vt nullꝰ excuſa
ret. Clamori lacrimas addi-
diſti vt hō tibi cōpateret͛. pro-
pter hāc deuotā orōem, tuā ⁊

ꝑ amariſſimas lacrimas q̄s fleuiſti in cruce ex nimij dolo-
ris acerbitate. ⁊ ardēti deſide-
rio caritatꝫ. Rogo te vt nunq̄
moriar: donec vis tui amorꝭ ⁊
paſſiōis ꝑſcrutet omia viſcera
mea. Amē.

De trib⁹ horis q̄b⁹ pendebat ieſus viuens in
cruce: ⁊ de multiplicib⁹ oppro
brijs ⁊ ꝯtumelijs ibidē paſſis

Domine ieſu xp̄e q̄ es
puriſſimū ſpeculū ſcē
trinitatis. quē intueor
ocul' mētis mee. et ex intimis
viſcerib⁹ laudo ⁊ glorifico te ꝓ
pter q̄litatē quaꝫ habuiſti qn̄
viuēs i corꝑe tres horas ī cru-
ce ꝑmāſiſti: vbi tuā diuinā li-
bertatē detineri voluiſti. piaꝫ
longanimitatē crudel'r extēdi
diuinā benignitatē ꝯcuti. et ex
nimio dolore te factoreꝫ celi et
terre i tantꝭ anguſtijs ⁊ tribu-
latiōib⁹ poſitū vt irrōnabil' cre
atura tibi cōpateret'. miam di
uinā tractari ſine omi mia. cle
mentiā diuā orare ⁊ inuocare
p̄rem ꝓ inimicꝭ. gaudiū diuū.
⁊ leticiā ſemp̄nā angloꝝ ⁊ ho
minū mirabil'r ꝯteri. et ſuꝑ cō
tritionē tuā inimicos gaude-
re. te dn̄m ꝟtutū derideri ⁊ de
ſpecturi hr̄i ab iniq̄s blaſphe-
mari. ab impijs opprobria pa
ti. hoiem diuū ⁊ dn̄icā digni-
tatē fieri opprobriū hoim ⁊ ab
iectionē plebis. Specioſū for
ma p̄ filijs hoim eſſe ſine ſpē ⁊
decore. de c⁹ amabili aſpectu
letificat' oīs celeſtꝭ p̄ria factuꝫ
eſſe ſpectaculū horrorꝭ ⁊ cōtu-
melie oī pplo. ⁊ terribil' ad vi-
dendū oib⁹ ⁊ inimicis. vt me
amabilē faceres i ꝯſpectu tuo
Potētiā diuaꝫ ſubiacere ma-
gnis dolorib⁹ et cruciatib⁹ pe-
naꝝ. ꝟtutē diuā iā iāq̄ defice
re in tormētis. In cui⁹ manu
gl'ie ⁊ diuitie tā pauꝑem fieri:
vt nud⁹ et liuid⁹ et pallidus ⁊
deformis i cruce pēderes ⁊ nō
hr̄es vbi caput tuū reclinares
fidē et caritatē diuā q̄ nūq̄ de
ſeris ſperātes i te: derelictaꝫ eē
ab vniuerſ': et ſol⁹ ꝓſtitiſti i cō-
flictu pugne. in q̊ tā mirabilit'
occubuiſti vt in teipō exꝑimē
to didiceris q̄lit' nob' deberes
cōpati. O bone ieſu ꝑ hec oia
rogo te vt non ꝑmittas ſepari
aiam meā de corꝑe donec ꝑdu
cas me in illā horā. in q̄ tua di
uina potētia: ſapia ⁊ bonitate
ꝑficias i me. qd̄ exercitatio cen
tū annoꝝ nō poſſet i me ꝑfice-
re: Amē.

De ſiti ieſu in cru
ce ⁊ amaro ei⁹ poculo: deq̄ ꝟ-
bo ꝯſummatiōis. ⁊ expiratiōe

ſeſu. ſpūſcꝫ in man⁹ patris cō
Laudo ⁊ cōmēdatiōe.
glifico te dn̄e ieſu xp̄e
ꝓpter ſitim quā ꝑtuli
ſti ex nimia effuſiōe ſanguis.
⁊ ardēti dſiderio nr̄e ſalutꝭ cū
adheſit lingua tua faucib; tu
is. vnd̄ ⁊ dixiſti. Sitio. Et tu
fons aq̄ viue felle ⁊ aceto po/
tat⁹. Iterꝫ dixiſti. Cōſūmatū
eſt. q̄ſi diceres. Oia q̄ d̄ me di
cta ſunt ꝯſūmata ſunt in me.
qꝛ totū me dedi ꝓpter hoiēꝫ to
tū. ⁊ me toto emi illū totū. Et
iterꝫ voce magna clamās dixi
ſti. Pr̄ in man⁹ tuas cōmēdo
ſpm̄ meū. ⁊ ſic inclinato capi/
te ſpm̄ emiſiſti. Grās tibi ago
ꝙ tā pauꝑ ⁊ inops fieri volu/
iſti. ꝙ nud⁹ pēdebas in cruce
⁊ nō habuiſti vbi caput tuuꝫ
recliares Sꝫ ad vltimū ſuper
humerꝫ tuū incliaſti ꝓpt mul/
tas cās. ſꝫ pncipalr̄ ꝓpt q̄ttu/
or. p̄mo vt oſculū dares ſpōſe
tue eccl̄ie. vt oñderes illi oēm
irā pr̄is tui eē mitigatā et ꝑ te
placatā. ſcd̄o vt peteres in cor
de ei⁹ recliatoriū. oñdereſcꝫ te
nō hr̄e vbi caput tuū recliares
tertio incliaſti caput tuū porri
gens a te hūerꝫ tuū. q̄ſi diceres
q̄d vltra debui facere tibi et n̄
feci. indica mihi. qꝛ adhuc pa
rat⁹ ſuꝫ ſubucire tibi. q̄rto q̄ſi
diceres. fiduciā habe i me. qꝛ
qđ tu nō potes ego poſſum.

De miracul' q̄ ↄtigerunt in
paſſiōe dn̄i. ⁊ de dira ꝑforatōe
(lateris ieſu.

GRās tibi
ago dn̄e ieſu xp̄e ꝙ tā a/
mare paſſiōis ⁊ crudeli mortꝭ
impio ſubiacere voluiſti: ꝙ ter
ra tremuit. petre ſciſſe ſūt ⁊ mo
numēta apta ſt̄. ⁊ mľta corpa
ſcōꝝ q̄ dormierāt ſurrexerūt. ⁊ ve
lū tēpli ſciſſū ē a ſūmo vſcꝫ de
orſū. Et vn⁹ ex militib; lāceā
lat⁹ tuū apuit ⁊ cōtinuo exiuit
ſanguis ⁊ aq̄. Et factū eſt cor
tuū tanq̄ꝫ cera liqueſcēs in a/
quā q̄ me lauares. ⁊ in ſangui
neꝫ quo me pingeres. meq; in
ſponſam ornares. Ideo rogo
te per tranſſixonem tui dexte/
ri lateris. ⁊ ꝑ illam charitatēꝫ
que apuit cor tuum. in q̄ ſunt
omēs theſauri ſapientie ⁊ ſcie
abſcōditi. Et ꝑ effuſionē roſei
ſanguinis. ⁊ ſctiſſime aq̄ quā
feruor amoris eduxit de late/
re tuo vt penetres ꝓfunditatē
cordis mei lancea tui amoris
vt recenti vulnere tue caritatꝭ
ſim tā incurabilis vulnerat⁹.
quatin⁹ obliuiſcar oim tpaliū
rerū vt amplectar te vnicū ſo/
lū bonū meū. De eo ꝙ co/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pus ieſu iā mortuū trib⁹ horis
GRās (pependit i cruce.
tibi ago dñe Jeſu xpe q
p⁹ mortē tuā tres horas i cru/
ce pendebas. nud⁹ ꝛ liuidus
pallid⁹ ꝛ deformis. vt oēs ini
mici tui plenū gaudiuꝫ hr̄ent
cū ſe viderēt in te compleuiſſe
oēm ſuū voluntatē. Laudo ꝛ
glorifico te dñe de⁹ p̄eterne ꝓ
pter nimiā caritatē q̄ vnicū fi/
liū tuū tradidiſti in morteꝫ vt
redimeres ſeruū Et te dep̄cor
pr̄ vt reſpicias piiſſimū filiuꝫ
tuū q̄ patit̄: ꝛ memorare beni/
gn⁹ ꝓ q̄ patit̄. Specto glioſe
genitor lacerata membrā filij
tui. Vide redēptoris ſupplici
um. ꝛ noli remiſcere redempti
delictū. paup ꝛ infirm⁹ fact⁹ ē
vermis ꝛ nō hō vt miſericors
fieret ſup infirmi plaſmat⁹ de/
bilitateꝫ. Aſpice pie pr̄ ſpecio/
ſum forma pre filijs hoim in
cruce toto corpe extenſum: et
ſine culpa vulneratū. Innoxi
as man⁹ ei⁹ precioſiſſimū ſan
guineꝫ ꝓpinantes. brōs pedes
ei⁹ p̄cioſo ſanguine ſtillantes.
Inerme lat⁹ vnici filij tui cru
deli perfoſſuꝫ lancea. Candet
nudatum pectus ei⁹. Rubet
cruentū latus ei⁹. Tenſa arēt
viſcera: decora languēt lumi/
na. Regia pollēt ora: pcera ri/
gent brachia: pendent crura/
marmorea. Rigat terebratos
pedes ſanguis vnda. Grās ti
bi ago dñe ieſu xpe q̄ āmirabi
li bonitate tua obediens fui/
ſti deo patri vſq ad mortē. et
crucis opprobrium ſubire vo/
luiſti. Moneo te ois humani
laboris ꝛ diuini amoris vt ſu
per me ꝛ ſup oēs amicos me/
os viuos ꝛ defunctos ꝛ ſuper
oēs hoies q̄s p̄cioſi ſanguinis
tui caractere ſignaſti vt miſe/
rearis oib⁹ nobis ſm magnaꝫ
miam tuā Grās tibi ago dñe
ſctē ſpūs. q̄ nr̄e redēptiōis con
ſilium fuiſti. Ipe es ignis ca/
ritatis q̄ ſic ariduꝫ fecit ieſum
xpm filiū dei. qn̄ pendebat in
cruce. vt nec gutta ſanguinis
remaneret i illo. Jō rogo te vt
ſecreto ꝯſilio ꝛ crebro ſuſurrio
tuo ſic ꝯtrahas in te oēs nr̄os
ſenſus vt nihil in nobis moue
atur ꝯtra tuā voluntatē.

De depoſitione ieſu de cru
ce ꝛ veneranda ſepultura ei⁹.
ꝛ de deſcenſu aīe ieſu ad in/
ferna ꝛ patꝝ inde liberatione.

GRās tibi ago dñe ie/
ſu xpe q es de cruce a
fideli diſcipulo tuo: et
a Maria mr̄e tua meſtiſſima

cum nimio dolore ꝛ amariſſimis lacrimis ſuſceptꝰ. Deinde ſacratiſſimū corpꝰ tuū lotū et ſindone mūdo inuolutuȝ et circa occaſuȝ ſolꝭ fuit ſepultuȝ. Suſcepiſti funerꝭ exeq̄as q̄s nō dubiū eſt milia miliū angelorum celebraſſe q̄ oēs ꝯuenerāt ad ſepulturā dn̄i ſui. Jdō rogo te ꝑ btiſſima exeq̄aꝝ tuarū lamēta. ꝛ ꝑ ineffabilē dolorē matris tue quā habuit qn̄ te immortalē deū in ſynu tuo tenebat. ꝛ videbat tam miſerabiliꝰ tractatū: cruētatū ꝛ vulneratū ꝛ mortuū tā turpiſſima morte: ꝛ totā terrā ſuo ſanguie cruentatā. Et ꝑ ꝓfundā hūilitatē qua tu nobilꝭ theſaurꝰ req̄eſcere voluiſti in corde terre vt abſcōdas me ī abſcōdita dulcedine tue ꝯtēplatōis ꝛ ſerues me in teipo: vt corpꝰ meū ſepeliaꝭ in pace: et nomē meum viuat in glīa. O triūphator nobilis tūc ſctā ꝛ felix aīa tua ad inferni clauſtra deſcēdit. et tu rex eterne glīe ꝟtute tue diuie ꝑtātis portas ereas et vectes ferreos ꝯfregiſti et diabolū et miſtros eiꝰ alligaſti. et electos tuos q̄ ibi captiui tenebāꝭ ad gaudia ꝑadiſi ꝑduxiſti. Jdō rogo te ꝑ illā ineffabilē leticiaȝ quā acceperūt aīe electoꝝ tuorū vt miſerearꝭ aīab ꝑatꝝ noſtrū fratꝝ ſoroꝝ: oīmq̧ ꝑentū nr̄oꝝ ꝛ oim fideliū defunctoꝝ q̄ de hac vita trāſierūt. ꝛ q̄ nobis in orōne cōmēdati ſunt: ꝛ q̄ꝝ vtimur. vlꝭ vſi ſumꝰ elemoſynis: donis aut bn̄ficijs. et q̄ ſingularē interceſſorē apud te nō hn̄t. et ꝑ q̄b tuā clēmentiā deꝑcare ꝺſideramꝰ. ꝛ oim xp̄i fideliū vbicūq̧ req̄eſcentiuȝ. Amen.

De glōſa reſurrectione dn̄i ieſu: ꝛ eiꝰ multiformi apparitiōe et familiari ꝯuictu et loquela cū diſcipulis.

Gratias tibi ago dn̄e ieſu xp̄e q tertia die reſurrexiſti a mortuis ꝛ reſurrectiōe tua gl̄ificaſti corpus hūilitatꝭ nr̄e. Et ipſo die appuiſti marie magdalene. et a mulierib a monumento reuertētib occurriſti dicēs. aue te. Et ille acceſſerūt ꝛ tenuerūt pedes tuos Et duob diſcipulis etiā euntib in emaus ipſo die appuiſti ꝛ cognitus es eis in fractiōe panis. Et iterū ianuis clauſis introiſti ad diſcipulos: ꝛ dixiſti. Pax vob. Ego ſum. nolite timere Et corā illis māducaſti panē piſcꝭ aſſi ꝛ fauum mellis. Et ad mare

tyberiadis maifeſtabas te diſcipul' tuis. Et accepto pane dediſti eis ⁊ piſcē ſiſr. Et valde amicabil'r locut⁹ es cū illis maxie cū petro q̄ te negauerat Et p⁹ dies octo iterũ diſcipul' tuis appuiſti. ⁊ pacē tuā ill' tribuiſti. Et thomā incredulū ꝯſtēſiōe vulnerũ ꝯfortaſti Per hāc glo ſaꝫ reſurrectiōeꝫ ⁊ ꝑ illud gaudiũ oim tecū reſurgētium fac me ⁊ oēs amicos meos reſurgere cū magna glīa et honore. amē. De admirabili aſcēſione dñi Jeſu.

Laudo ⁊ glīfico te dñe deus meus ꝓpter h̄ tps q̄ð a die glo ſe reſurrectiōis tue vſq; in diē admirabil' aſcēſiōis pegiſti. Quia in h̄ tpe ſepe appuiſti diſcipul' ⁊ aliis fidelib; amicis tuis ꝯſolās amicabil'r eorũ triſtia corda. ⁊ ꝯfirmās eos in fide ſpe ⁊ caritate tua. Et poſtremo aſcēdiſti in mōtē: ⁊ eleuatꝫ manib; dediſti eis tuā diuinā bñdictiōem Et i ꝯſpectu oim aſſiſtētiū eleuat⁹ es i celū repñtās victricꝫ carnis glīam vultui pr̄is. ⁊ ſedes ad dexterā ei⁹ coöipotēs ⁊ coetern⁹. diuino accinct⁹ lu īe. et coronat⁹ glīa ⁊ honore. bñſq; nos ſcriptos i maib; tuis. nūq̄ obliuiſcaris nr̄i i ꝑpetuū amē. De miſſiōe ſcti ſpūs in die ſcō pen

Grās tibi ago (the coſt. dñe ieſu xp̄e q̄ p⁹ dies decē miſiſti credētib; ſpm̄ ſctm̄ ꝓmiſſum. vt illūiaret ⁊ ꝯfortaret corda nr̄a ⁊ incitaret ad caritatē tuā. ⁊ ꝓmiſiſti nobis dicēs. Ego vobiſcū ſuꝫ vſq; ad ꝯſūmatōeꝫ ſecli ⁊ dediſti nob corp⁹ ⁊ ſanguinē tuū in pign⁹ ſalutꝫ eterne. Jō rogo te vt vbicūq; h̄ myſteriū celebrat' i vniuerſa terra pticipē me facias ⁊ oēs amicos ꝯfeſſores ⁊ bñfactores meos viuos ⁊ defūctos De ſcðo aduētu dñi ieſu ad iudiciū. ⁊ de ꝯdigna remūeratione ⁊ glīficatōe iuſtorũ. ⁊ de punitiōe impiorũ.

Laudo ⁊ glīfico te domine de⁹ me⁹ ꝓpter nimiā caritatē q̄ te de celo traxit. oīa ꝑmiſſa factuꝫ ⁊ paſſuꝫ. ⁊ ab hoib; iudicatuꝫ Et q̄ꝫ i magna humilitate iudicat⁹ es. Jō cum magna ptāte iudicatur⁹ venies iclīm ꝑ ignē. Tūc nō ꝑmitte nos cū malectꝫ ꝯdēnari. ſed cū bñdictꝫ (q̄ tūc fulgebūt ſicͭ ſol in regno pr̄is tui) poſſidere gaudia et'ne btitudis. amen. Laudo ⁊ glīfico te dñe deus me⁹ ꝓ oī glīa ⁊ honore. ꝓ gau

dio ꝛ iocūditate quā habes i
teipo: ꝛ quā tua pura hūani-
tas ꝛ ſcā diuinitas inuicē accipi
unt. Et quā btā ṽgo maria
gloſa regina celoꝝ ꝛ nobil' ma
ris ſtella hodie hꝫ añ cōſpectū
tuū: ꝛ cū ipa oīs celeſt̄ exerci-
tus in ꝑpetuū debēt hr̄e. Lau
do ꝛ glifico te ꝓ oībꝫ delicijs q̄
bus ſatias ꝛ inebrias omes te
intuētes q̄s de miſeria hꝰ vite
ad eternā requiē tranſferre di-
gnatꝰ es. Laudo ꝛ glifico te ꝓ
pter mltitudinē dulcedis quā
mirabilit' inſpiras cordibꝰ a-
matoꝝ tuoꝝ: ꝛ ꝓ ꝯuerſiōe om
niū q̄s ſiue pctō de h̄ mōdo ex-
ire feciſti. Laudo ꝛ glifico te
ꝓ oī miſcdia quā pctōribꝫ vn-
q̄ exhibuiſti. patient' eos expe
ctando. miſicordit' reuocādo.
benigne ſuſcipiēdo. habūdan
ter grām dādo ꝛ ad tantā fa
miliaritatē q̄ſi nō peccauerint
admittēdo. Et ꝓ his q̄ ſunt i
purgatorio. q̄ ꝑmittis eos ibi
pati. qd hic ꝑſoluere non vale
bāt. Sicq̄ ꝑpari ad requiē
de q̄ eos ſecuros feciſti. Et ꝓ
oībꝫ creaturis q̄s ꝓpter nos crea
ſti: ꝛ vniuerſ' vtilitatibꝫ q̄s de
terra ſumimus. vt eis debito
vtētes ad remedia infirmita-
tū nr̄aꝝ ad laudādū te eṫnali
ter ꝑuenire valeamꝰ. Qui vi
uis ꝛ regnas deꝰ ꝑ oīa ſecla ſe
culoꝝ. Amē. Grāꝝ actiōes
de ſingul' bn̄ficijs ꝑticularibꝰ
alicui homi ſinglari a deo im-
Laudo ꝛ glifi (pēſis
co te dn̄e deꝰ meus. q̄
ab eterno me in corde
tue trinitat' ꝑdeſtinaſti. ꝛ rati
onabilē hoiem me creaſti. ꝛ de
xp̄ianis pentibꝫ me naſci volu
iſti. ꝛ largitꝰ es mihi q̄nq; ſen
ſus meos. ꝛ oīa neceſſaria mē
bra corpis mei. ꝛ ad baptiſmi
grām me ꝑduxiſti. ꝛ ab infan
tia mea ſubtraxiſti me de ſecu
lo in ſpiritalē vitā. ꝛ i ipa vita
defendiſti me a mltis pericul'
anie ꝛ corpis. Et clemēter ſu-
ſtinuiſti ꝛ ſuſtētaſti me in pra
uitate ꝛ tepiditate vite mee Et
largitꝰ es mihi valde gratā ter
victū ꝛ veſtitū. ꝛ oīa neceſſaria
mea oībꝰ diebꝫ vite mee. Lau
do ꝛ glifico te q̄ angelū quē in
cuſtodiā meā deputaſti tam
amabilem ꝛ gloſum feciſti vt
vultū tue clare maieſtat' iugi
ter intueat'. cū tn̄ die ac nocte
ſup aiam meā ꝛ corpꝰ meum
ſollicitare nō ceſſet. Laudo ꝛ
glorifico te ꝓ oībus viſitationi
bus et monitis q̄s cordi meo
qualicūq; modo vnq̄ exhibui.

tui. Et p omni gra tua. Et pro omnib bnficijs tuis que mihi et oibus amicis meis et vllo homini vnq fecisti in corpore et anima. Per hec omnia rogo te vt accendas cor et anim me am ardore tue caritatis. vt tu ſolus in me viuas. mecq tibi ſoli viuere facias. Qui viuis et regnas de: p omia ſecula ſeculor. Amen. Hoc finito dicatur. Te deũ laudam. te dominũ pfi. totũ. poſtea collecta.

Deus qui ptritorũ nõ deſpicis gemitũ. et merentium nõ aſpernis affectũ. Intercedentib oibus ſanctis operibus tuis adeſto pcib nris qs tibi p tribulatiõe noſtra effundim. eaſcq clemẽter ſuſcipiẽs tribuas vt quicqd contra nos diabolice vel humane moliuntur aduerſitates ad nihiluz redigant. et conſilio tue pietatis allidant. et nullis aduerſitatibus leſi. ſed de omi tribulatione et anguſtia erepti. leti i eccleſia tua ſancta tibi grãs referamus. Per dñm noſtrũ ieſum xp m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit

Explicit tot proceſſus de vita: paſſione: reſurrectione et aſcenſcenſione dñi nri ieſu xpi. necnon ſpiritusſancti miſſiõe. omibuſcq alijs beneficijs homini a deo collatis. Recõmẽdatio iam dicti proceſſus in q ponunt vtilitates quas quilibet cõſequitur ex deuota meditatione vite et paſſionis domini noſtri ieſu chriſti.

Si deſideras perfecte mũdari a vicijs. ſi nobiliter ditari in vtutibus Si altiſſime illuſtrari in ſcripturis. Si glīoſe triũphari de inimicis. Si copioſe ꝯſolari in aduerſ. Si deuote cõuerſari in terris. Si frequẽter cõpungi in cubilib. Si dulciter flere in orõnib. Si feruenter accẽdi i meditatõib. Si pſeuerare in bonis actib Si repleri ſpiritalib gaudijs. Si rapi in exceſſu mẽtis. Si diuinis frui ſecretis. Si felicit mori in extremis. Si pẽniter regnare in celis. Exerce te in vita et paſſione domini ieſu chriſti fili dei. quem pater miſit in mundum vt omnib pberet pfectionis exemplũ. et ſequaces ſuos ad eternum pduceret regnũ. Ama igit chriſtũ. ſequere Jeſum. Amplectere crucifixum. Memor ſis qdiu fueris. laborũ et dolorũ. quos ptulit in pdicãdo. fatigationum

in diſcurrēdo. tēptationū in ſe
tunādo vigiliaꝝ in orādo la-
crimaꝝ in cōpatiendo. Recor
dare etiam dolorum eius ꝯui
tioꝝ. ſputoꝝ. colaphoꝝ. ſubſā
nationū exprobrationū clauo
rū. hoꝝ ꝗ filiū. Hec meditari
dic ſapiam. In his iuſticie ti-
bi ꝑfectionē ꝯſtitue. plenitudi
nē ſcie. diuitias ſalutꝭ. copias
meritoꝝ. hec te erigūt i aduerſ
in ꝓſperis repmūt. ꝛ inter leta
triſtiaꝗ vite pn̄tis via regia
icedēti tutū ꝑbēt vtrobiꝗ du
catū hincinde mala iminētia
ꝓpulſando ꝓpterea hec tibi in
ore freq̄nter i corde ſp hec tua
ſublimior philoſophia. Sci-
te ieſum ꝛ hunc crucifixum.

Incipiūt grāꝝ actiōes dn̄o
deo oīpotēti ſup ope creatiōis
mundi. ꝑ ſinglos dies hebdo
made dicēde: correſpōdentes
reꝝ creatiōib⁹ in eiſdē dieb⁹ a
dn̄o deo pactis. ꝛ pmo dic dn̄i

GRās tibi agim⁹ (ca die
ops de⁹ q̄ hodie feciſti ce
li pulcritudinē: ꝛ terre latitu-
dinē ꝛ tenebraꝝ dēſitatē. No-
bilēꝗ illa creaturā ſpūum an
geloꝝ. O miſicors de⁹ da no
bis i hac die celica ꝯtēplari. et
nō d terrenis meditari. da no
bis lucis tue claritatē: ꝛ exclu-
ſis tenebris angeloꝝ puritatē

Grās tibi agi- Feria ſcd̄a
m⁹ ops de⁹ q̄ hodie feciſti pul
crā ſperā firmamēti: qd̄ celū
vocari voluiſti. O clemētiſſi-
me de⁹. da nob toto corde cle-
uari in celū. ꝛ te dulcē dn̄m cō
tēplari. q̄ cib⁹ es angloꝝ atꝗ
oīm ſctōꝝ ipos paſcēs noticia
tue deitatis ꝛ glā. Feria III

Grās agim⁹ tibi ops de⁹ qui
hodie feciſti maria ꝛ gramia:
ꝛ herbas q̄ſcūꝗ virētes: et in
ſua ſpē florētes ac germinātes
O mitiſſime de⁹ da nob aq̄s
ſpūs tue grē. ꝛ cōpūctōis lacri
mas: aquaſꝗ pnie ſalutaris.
da ꝟtutū virorē. ruūꝗ dulcē
amorē. vt tibi ſp placeamus:
ꝛ a te nunꝗ deſcendamus.

Grās tibi agi- Feria q̄rta.
mus ops de⁹: q̄ hodie ſolē lu
nā ꝛ ſtellas feciſti. ꝛ eis mūdū
illūiaſti. O piiſſime de⁹ da cor
da nr̄a int⁹ irradiari celeſtiū
mēoria. ne a b eterno bono de-
uiem⁹. ſ; te ſeq̄ndo lucē ꝑpetu
am inueniam⁹. Feria q̄nta

Grās tibi agim⁹ ops de⁹. q̄
hodie in aq̄s piſces: ꝛ i aere vo
latilia creaſti. O bone de⁹ da
nob in hac mortali vita ſic na
tare in aq̄s mūdi vt a pctis ſi
m⁹ liberi. ꝛ ꝑ volatū ꝟtutū ha

beam⁹ iter tutū trāſeundo ad
gaudia ꝑadiſi. Feria ſexta.
Grās tibi agim⁹ ops de⁹ qui
hodie feciſti iumēta ꝛ reptilia
ꝛ beſtias terre. ac hoiem rectū
ad tuā ſilitudinē. dans ei libe
rū arbitriū: ꝛ vniuerſe creatu-
re dominiū. O cariſſime de⁹.
cū apud te tantū floreāt hoies
ꝛ rōne vigeāt. Da vt oēm be-
ſtialitatē ꝛ malū reſpuam⁹: et
te ſummū bonū eligamus.
Grās tibi agi- Sabbato.
mus ops de⁹ vt q̄ die ſeptimo
ab oī ope qd patraras q̄euiſti
ꝛ ob h̄ ipm ſanctificās eidem
bn̄dixiſti. O dulciſſime deus
da nob in te ſūmo bono dulci
ter q̄eſcere ſemp̄qꝫ tibi laudes
reddere. opaqꝫ tua oia. celeſtia
terreſtria: ꝛ te creatorē oim col
laudare. ꝛ dignis laudib⁹ ſem
per extollere q̄ nos benigne et
ad ſalutē nr̄am feciſti oia A.
Sequunt deuotiſſime ora-
tiones an̄ miſſam a ſacerdote
dicēde. pmo Orō ſcti Mar-
tini pape an̄ miſſaꝫ multū vti
O Dn̄e ieſu xp̄e fili dī (lis
viui miſerere mihi miſe
ro pctōri ꝛ oib⁹ ꝑuis tuis q̄ ti-
bi hodie ſacratiſſimū ac pcio-
ſiſſimū ſalutꝫ nr̄e pciū precioſi
videlicꝫ corpis et ſanguīs tui
offerūt ſacrm̄. Et da nob grā
tiā ꝟtutē ꝛ fortitudinē imolā
di offerēdi ac ſumēdi h̄ ſacro-
ſctm̄ corp⁹ ꝛ ſanguinē tuū in
fide recta: ſpe firma ꝛ caritate
pfecta. cū augmēto hūilitatis
patiētie obediētie caſtitatis ac
tot⁹ ſctitatis In honorē ꝛ lau
dē ſctē ꝛ indiuidue trinitatis
btiſſimeqꝫ ꝟginis marie. In
gaudiū ſctōꝝ archangeloꝝ et
angeloꝝ pr̄iarchaꝝ ꝓphetarum
aploꝝ martyꝝ ꝯfeſſoꝝ atqꝫ ꝟ
ginū ꝛ oim ſctōꝝ atqꝫ electoꝝ
tuoꝝ iā in et̄na patria letātiū
Et p̄ſta vt ſicut illos iā pleno
ac ſereno ſplēdore vult⁹ tui ſi-
ne defectu ſatias Sic nos de-
gentes ī hac miſeria tua grā re
ficias: ꝛ eos q̄ ī penis ſunt pur
gatorij ac ibi eſtuāt tua miſeri
cordia et [illegible]ias. ꝛ ſic̄ es illis in
gaudiū. ſic nob h⁹ vitalis ſa-
cramēti pceptio ſit i ſubſidiū
ꝛ his q̄ in penis ſunt i refrige-
riū. Miſerere igit clementiſſi
me dn̄e ieſu xp̄e p hui⁹ viuifi-
ci ſacri ꝟtutē ſctē ꝛ vniuerſali
eccie. ꝛ oia mala ſcꝫ hereſes diſ
cordias ꝛ diſſenſiōes ab ea e-
uelle. errāteſqꝫ in ea corrige. in
credulos ad fidē ꝯuerte. Sciſ
maticos ad vnitatē ſctē eccl'ie
fac redire: ꝛ ipis lumē tue ve-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ritatis oſtende. Peccatoribus verã
pniam largire. Juſtos i bono
ꝓpoſito fac pſeuerare. Popu-
lo xpiano miſerere. Clerũ de-
fende. Religioſos i ſuicio tuo
ſctõ ↄſuare dignare. Omeſqꝫ
laborãtes ↄforta. triſtes cõſo-
lare. Infirmis ſanitatẽ corpo
ris ⁊ aie reſtitue. Pauperib ac
egentib⁹ oia corpis et aie neceſ
ſaria tribue. Peregrinis ⁊ exu
lantib⁹ cuꝫ ſalute ad ꝓpria fac
remeare. In picul' aquaꝝ po-
ſitis ad portũ ſue volũtatꝭ fac
ptingere. Pregnãtib partum
gaudiũ miſericorditer largire.
In vinculis ⁊ carcerib⁹ deten
tos abſolue. Omib⁹ cũ quib
peccauim⁹: vel q̊s ad peccan-
dũ induxim⁹. ⁊ nobis miſeri-
cors pr̃ indulge. Omnib q̊s
cõturbauim⁹: leſim⁹ ſcandali
zauim⁹ vel defraudauim⁹ tu
gratioſe creator pſolue. Omi-
bus parentib⁹ amicis ⁊ inimi
cis cõfratrib ⁊ cõſanguineis
familiarib⁹ et benefactoribus
⁊ quoꝝ vtimur. vl' vſi ſumus
elemoſynis: omĩbuſqꝫ ꝓ nob
deũ exorantib⁹ vel orationib
noſtris ſe cõmendãtib⁹ omia
bona tribue. ⁊ eos ab oi malo
defende. In tuoqꝫ eos ſuitio
fac pſeuerare vſqꝫ in finẽ. Et

poſt huius curſum miſerie ad
te qui es vera patria merces p̃
mium eternũ ⁊ gloria da pue
nire. In tribulationib⁹. pſecu
tionibus et temptationib⁹ ad
te clamantes auxiliare. In a-
gone poſitis de hoc quoqꝫ ſecu
lo exituris ſuccurre: ⁊ animas
eorũ a faucibus rugientis ini-
mici eripe. Inimicis noſtris ⁊
nobis veram charitatẽ largi-
re: omnibuſqꝫ tuis fidelib⁹ p
huius ſacramenti virtutẽ pre
ſta ſubſidium. auxilium et cõ
ſolamen. Adhuc in carne pre
ſentib⁹ tuam gratiaꝫ largien-
do futuros tua miſericordia
preueniẽdo. Preteritis vero oi
bus eternam requiẽ tribuẽdo.
Deus qui es trinus et vnus
per cuncta ſeculorum ſecl'a be
nedictus. Amen.

Imploratio patronorũ.

Et vt efficax hec mea
depcatio ſit beate ma
rie ſemp vginis ſuffra
gium peto: quã tanti meriti eſ
ſe feciſti. vt prima inter mulie
res omẽs hoc nouũ mun⁹ fir-
mitatis offerret. vt deum vgo
pareret. ⁊ poſt partũ virgo p-
maneret. Aſſit mihi queſo ip
⁊ vbiqꝫ beatorũ angelorũ cu
ſtodia et preſta vt apud te pro

me miſero peccatore ſanctorũ
angelorũ agmina intercedant
Interceſſiones apl'orũ implo
ro qui beatiſſima chriſti paſſi-
onis veſtigia ſunt ſecuti et ad
tantã celſitudinẽ ꝑuenerũt. vt
quecunqȝ ligarent ſuꝑ terram
eſſent ligata ꝛ in celo. ꝛ ſederẽt
ſuper thronos duodecim iudi
cantes duodecim tribus iſra-
el. Martyrũ preces expoſco q̃
pro tuo nomine ſanguinez ſu-
um non dubitauerũt fundere
et duxerunt aı̃as ſuas vſqȝ ad
mortem: vt mortis auctorẽ ſu
perarent. Confeſſorũ oratões
expoſtulo qui bella temptatio
num pie dũ viuerent in catho
lica fide ꝛ in hereticorum con
flictione diutiſſima certamia
ꝑtulerũt: longiores occultiqȝ
martyrij palmas acceperunt.
Subueniat mihi apud miſe-
ricordiam tuã chorus ſancta
rũ virginũ tuaꝝ. quaꝝ princi
patum tenet beata virgo ma-
ria: vbi ipa cuz oibus ſanctis
intercedat vt ad vitã ꝑueniaz
ſempiternã: te miſerante ꝛ do-
uante. Qui cũ patre ꝛ ſpiritu
ſancto viuis ꝛ regnas deꝰ in ſe
cula ſeculorũ. Amen.

Itez oratio beati Ambro
ſij ante miſſam.

Summe ſacerdos ꝛ v
re pontifex q̃ te obtuli
ſti deo patri hoſtiã pu
ram ſctã ꝛ imaculatã in ara
crucis ꝑ nobis miſeris pctõri
bus. quiqȝ dediſti nob carnez
tuã ad manducanduz. et ſan-
guinem tuũ ad bibendũ: ꝛ po
ſuiſti illud myſteriũ in virtu-
te ſpũſſancti dicens. Hec quo-
tienſcunqȝ feceritis in mei me-
moriã facietis. Rogo per ſan-
guinem tuũ p̃cioſum magnũ
ſalutis noſtre preciũ. Rogo ꝑ
hanc miram ꝛ inenarrabilem
caritatẽ. qua nos miſeros ꝛ in
dignos ſic amare dignatꝰ es.
vt lauares nos a peccatis no-
ſtris in ſanguine tuo. Do-
ce me indignum ſeruuz tuum
quem etiam inter cetera dona
tua ad officiuz ſacerdotale vo
care dignatus es nullis meis
meritis. ſed ſola dignatiõe mi
ſericordie tue. Doce me queſo
p'ſpũm ſanctũ tuũ tm̃ tracta-
re myſterium ea reuerentia et
honore. ea deuotione ꝛ timore
quibꝰ oportet ꝛ decet. Fac me
per gratiam tuã ſemper illud
de tanto myſterio credere ꝛ in
telligere: ſentire et firmiter tene
re: dicere ꝛ cogitare quod tibi
placet. ꝛ qd expedit ſaluti ani



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mee. Intret ſpūs tu⁹ bon⁹ in cor meū q̇ ſonet ibi ſine ſono ⁊ ſine ſtrepitu verboꝝ. loquatur oēm veritatē tantoꝝ myſterio rū ꝓfunda q̄ppe ſunt nimis ⁊ ſacro tecta velamīe ꝓpter ma gnā clemētiā tuā ↄcede mihi miſſaꝝ ſolennia puro corde ⁊ mūda mente celebrare. Libera cor meū ab immūdis ⁊ nephandis. a vanis ⁊ noxijs cogitatiōib. Muni me bonoꝝ angelorū pia ⁊ fida cuſtodia: atq; fortiſſima tutela. vt hoſtes omniū bonoꝝ ↄfuſi diſce dant ꝑ virtutē tanti myſterij. Et ꝑ manū ſcti angeli tui repelle a me ⁊ a cūctis ſuis tuis diriſſimū ſpūm ſupbie ⁊ zeno doxie. inuidie et blaſphemie: fornicationis ⁊ immundicie. dubietatis ⁊ diffidētie. Confundant̄ q̇ nos ꝑſequunt̄ pereāt illi q̇ ꝑdere cūcta feſtināt. Rex ꝟtutū: amator caſtitatis ⁊ integritat̄ de⁹. celeſti rore be nedictiōis tue extingue i corde meo totū fomitē ardentis libi dinis vt maneat i me tenor to ti⁹ caſtitat̄ aīe ⁊ corpis. Mor tifica i mēbris meis carnis ſti mulos. o m̄ſq; libidinoſas cō motiōes. ⁊ da mihi verā ⁊ per petuā caſtitatē cū ceter̄ donis tuis q̄ tibi placent in veritate. vt ſacrificiū laudis caſto corpore ⁊ mūdo corde valeā tibi offerre. Quāta eni ↄtritōe cordis ⁊ lacrimaꝝ fonte q̄nta reuerentia ⁊ tremore. q̄nta corporis caſtitate ⁊ animi purita te. iſtud vinū ⁊ celeſte ſacrifici um eſt celebrādū dn̄e. vbi ca ro tua i veritate ſumitur. ⁊ ſan guis tu⁹ in veritate bibit̄ vbi īma ſūmis ↄiungunt̄. vbi ad eſt ſcōꝝ angeloꝝ p̄ntia. vbi tu es ſacrificiū ⁊ ſacerdos mira biliter ⁊ ineffabilit̄. Quis digne h̄ pōt celebrare niſi tu de⁹ om̄ipotēs offerentē fecer̄ dignū. Scio dn̄e ⁊ vere ſcio. ⁊ id ip̄m bonitati tue ↄfiteor. q̄ nō ſum dign⁹ accedere ad tantū myſteriū ꝓpter nimia peccata mea ⁊ infinitas negligentias meas. Sz ſcio ⁊ veracit̄ ex toto corde meo credo ⁊ ore ↄfiteor. quia tu potes me facere dignū q̇ ſolus potes facere mun dū de immūdo ↄceptū ſemine ſolus de indignis dignos. de immūdis mūdos. de peccato ribus iuſtos ⁊ ſctōs facis. per hanc om̄ipotentiā tuā te rogo concede mihi pctōri hoc celeſte ſacrificiū celebrare cum timore ⁊ tremorē. cū cordis pu

ritate ⁊ lachrymarū fonte. cuꝫ leticia ſpirituali ⁊ celeſti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinē beatiſſime p̄ſentie tue: ⁊ excubias ſctōꝝ angeloꝝ tuorū in circuitu meo Ego enī memor venerāde paſſiōis tue accedo ad altare tuū: licet peccator vt offerā tibi ſacrificiuꝫ qđ tu inſtituiſti ⁊ offerri precepiſti in cōmoratione tui ꝓ ſalute noſtra. Suſcipe ergo illud queſo ſanctiſſime deꝰ ꝓ eccl̄ia tua ſancta ⁊ pplo tuo quē rede miſti ſanguine tuo. Et quoniam me pctōrem mediuꝫ inter te ⁊ eundē ppl̄m tuū voluiſti licet in me boni op̄is teſtimoniū nō agnoſcas officiū ſalteꝫ diſpenſatiōis credire non recuſes. nec ꝑ me indignū eoꝝ ſalutis pereat p̄ciū: ꝓ quibus victima factꝰ ſalutaris dignatꝰ es eſſe redemptio. Profero ergo dn̄e ſi digneris ꝓpiciꝰ intueri tribulatiōes plebiū: pericula pploꝝ. captiuoꝝ gemitꝰ. miſerias orphanoꝝ. neceſſitates ꝑegrinoꝝ. inopiā debiliuꝫ deſperatiōes langentiū. defectus ſenū. ſuſpiria iuuenū. vota ꝟginum. lamenta viduarū. Tu enī miſereris omniū dn̄e ⁊ nihil odiſti eoruꝫ que feciſti. Memorare q̄ ſit nr̄a ſubſtantia. q̄ꝫ debilis. q̄ꝫ fragil̄. q̄ꝫ mutabilis. q̄ꝫ deceptibilis ⁊ infirma. q2 tu pater nr̄ es. tu deus noſter es. ne iraſcaris ſatis neq̄ꝫ multitudinē viſcerū tuorū ſuꝑ nos ꝯtineas. Nō enī in iuſtificationibꝫ noſtris ꝓſternimus p̄ces ante faciē tuā. ſꝫ in miſerationibꝫ tuis multꝭ. Aufer a nobis dn̄e cunctas iniq̄tates nr̄as. ⁊ igneꝫ ſcti ſpūs in nobis clemēter accende. Aufer cor lapideū de carne noſtra ⁊ da nobis cor carneuꝫ. qđ te timeat. te amet. te diligat. te delectetur. te ſequat̄. te ꝑfruatur eternaliter. Oramus dn̄e clementiā tuā vt ſereno familiaꝫ tuā tui ſacri nōis officia p̄ſtolantē aſpicere digneris vultu. Et vt nullius ſit irritū votuꝫ. nullius vacua ſupplicatio. tu nobis p̄ces ſuggere quas ipe audire ꝓpicius ⁊ exaudire digneris. Rogamꝰ etiā te pater ſctē ⁊ pro aīabꝫ omniū fidelium defunctoꝝ. vt ſit illis ſalꝰ: ſanitas: gaudiū ⁊ refrigeriū h̄ magnū pietatis ſacramentuꝫ Deus meꝰ ſit illis hodie magnū ⁊ plenū cōuiuiū de te pane viuo. q̄ de celo deſcēdiſti: ⁊ das vitā mundo. de tua car

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ne ſancta ꝛ benedicta agni vi-
delicet immaculati q̄ tollit pec
cata mūdi. que de ſctō ꝛ glori
oſo vtero beate ꝟginis marie
eſt aſſumpta. ꝛ de ſpūſctō con
cepta. De illo inquā fonte pie-
tatis qui ꝑ lanceam militis ex
tuo ſanctiſſimo latere feliciter
emanauit vt exinde ſanati. re-
frigerati. refecti. conſolati exul
tent in laude ꝛ gloria tua. Pe
to clementiā tuā deus vt de-
ſcendat ſuper illud plenitudo
tue benedictionis ꝛ ſanctifica
tio tue diuinitatis. Deſcēdat
etiā dn̄e illa ſancti ſpirit⁹ tui in
comprehenſibilis inuiſibiliſq̄
maieſtas ſicut quondā in pa-
trum hoſtias deſcēdebat. Et
oblationes nr̄as corpus ꝛ ſan
guinem tuū efficiat. ꝛ me indi
gnum ſacerdotē tuum doceat
tm̄ tractare myſteriū cum cor
dis puritate ꝛ lachrymaꝝ de-
uotione. cū reuerentia ꝛ tremo
re. ita vt placide ꝛ benigne ſu-
ſcipias ſacrificiū laudis ꝺ ma
nibus meis ad ſalutē omniū:
tam viuorū q̄ꝫ mortuorū. Ro
go te domine ꝑ ſacroſanctum
myſterium corporis ꝛ ſangui
nis tui quo quotidie in eccle-
ſia tua paſcimur abluimur et
ſanctificamur et potamur. at-
q̄ꝫ vnius ſummeq̄ꝫ diuinitatiſ
participes efficimur: da mihi
virtutes tuas ſanctas quibuſ
repletus bona conſcientia ad
altare tuū accedam. ita vt hec
celeſtia ſacramēta efficiantur
mihi ſalus ꝛ vita. Tu enim
dixiſti ore tuo ſancto ꝛ benedi
cto. panis quem ego dabo ca-
ro mea eſt pro mūdi vita. Si
quis manducauerit ex hoc pa
ne viuet in eternuꝫ. panis dul
ciſſime ſana palatum cordis
mei. vt ſentiam ſuauitatem a-
moris tui. Sana illud ab om
ni languore vt nullum p̄ter te
querat amorem. nullam p̄ter
te amet pulcritudineꝫ. Panis
candidiſſime habens om̄e de-
lectamentū ꝛ omnis ſuauita-
tis odorem: qui nos de te ſem
per reficis: ꝛ in te nunq̄ꝫ defi-
cis. comedat te cor meū: ꝛ dul
cedine ſaporis tui repleatur vi
ſcera anime mee. Manducat te
angelus pleno ore i patria. mā
ducet te peregrinuſ homo pro
modulo ſuo ne deficere poſſit
in via tali recreans viatico.
Panis ſancte. panis viue. pa-
nis pulcer. panis munde qui
deſcendiſti de celo: ꝛ das vitā

mūdo. Ueni in coꝛ meum et munda me ab omni inquinamento carnis ⁊ ſpiritus. intra in animã meam. ſana ⁊ ſanctifica me interiꝰ ⁊ exteriꝰ. Eſto tutamen et continua ſalus coꝛpoꝛis et anime mee: repelle a me inſidiantes mihi hoſtes. recedant procul a potentia maieſtatis tue. vt foꝛis ⁊ intus munitus per te recto tramite ad regnum tuum perueniam. vbi non in myſterijs ſicut in hoc tempoꝛe agitur. Sed facie ad faciem te videbimus cum tradideris regnū deo patri. ⁊ deus eris omnia in omnibꝰ. Tūc enim me de te ſatiabis ſatietate mirifica. ita vt neqꝫ eſuriaꝫ neqꝫ ſitiam in eternū. Amen.

Alia oꝛatio ante miſſam.

Maieſtatem tuam totis viribus deus pijſſime humili prece depoſco et exoꝛo vt remittas crimina q̃ caro fragilis a temptatiōe iniquoꝛum ſpirituū nequiter admiſit et iam reuerti ad ea non ſinas vltra. ſed cõfirma me iuſtificationibꝰ tuis. ⁊ pſeueranciam mihi tribue in illis. ⁊ fac me dignū ante conſpectū maieſtatis tue aſtare: et ſacrificiū tibi domine caſto coꝛpoꝛe et mundo coꝛde digne offerre

Item alia oꝛatio.

Ignoſce mihi domine quē maculate vite cōſcientia trepidū et criminum meoꝛum confuſio fecit eſſe captiuum. En qui pro me veniam obtinere nō valeo pro alijs rogaturus aſſiſto. pſero ſi digneris domine captiuoꝛum gemitus. tribulatiōes plebium. pericula populoꝛuꝫ. neceſſitates peregrinoꝛum. inopiam debilium. deſperatōes languentium. deſpectus ſenū ſuſpiria iuuenum. lamēta monachoꝛum vel viduarum. deſolationes eccleſiarum. Sed quoniam me eadem que populum peccati cathena ꝯſtringit. ideo commūes lugeo paſſiones.. Non obſit domīe populo tuo oꝛatio ſubiugata peccatis. per me offertur votuꝫ. ꝑ te domine meum compleatur officium.

Item alia orō an̄ miſſam.

Ante conſpectū diuine maieſtatꝭ tue reꝰ aſſiſto q̄ inuocare nomen ſctm̄ tuum pſumo. Miſerere mihi dn̄e homi pctōꝛi. ignoſce

indigno ſacerdoti ꝑ cuius ma
nus hec oblatio videt̄ offerri
Parce pctoꝝ labe ꝑ ceteris ca
pitaliū polluto. ⁊ nō intres in
iudiciū cū ſeruo tuo. q2 nō iu/
ſtificabit̄ in ꝯſpectu tuo omis
viuens. Scilicet vitijs ac vo/
luptatib9 carnis aggrauatus
ſum. recordare dn̄e ꝙ caro ſū.
in tuo ꝯſpectu etiā celi nō ſunt
mundi. q̄ntomag; nos hoies
terreni immūdi. ſicut pannus
mēſtruate. Indign9 ſum dn̄e
ieſu xp̄e vt ſim viuēs. ſed tu q̄
nō vis mortē pctōꝛis. da mihi
veniā in carne ꝯſtituto vt per
penitētie fructū vita eterna ꝑ/
frui merear in celis.

Item alia de eodem.

Onſcientia quidē trepi
dus omp̄s de9 ad alta/
re tuū accedo. ſed ſi dimitto ve
reoꝛ de inobediētia cōdēnari.
Parce mihi dn̄e īdigno famu
lo tuo. ⁊ licet ad celebrāda ſa/
crificia ſemꝑ indign9 inueni/
ar. tamen fiduciā de tua miſe/
ricordia retineo. Pro q̄ re de9
omp̄s dignare me paterna pi
etatte placitoꝙ vultu reſpice/
re: ⁊ cordis mei interioꝛa pur/
gare. Et ſi ego reatu culpabi/
lis exiſto. meaꝝ tn̄ precū inter
uentu tibi ſint grata in oib9
myſteria placita atꝙ ſacrata.

Item alia orō an̄ miſſam.

Eus q̄ nō mortē ſ3 peni
tentiā deſideras pctōꝝ.
me miſerū fragileꝙ pctōꝛem
a tua pietate non repelle. neꝙ
aſpicias ad pctā ⁊ ſcelera mea
⁊ immūdas turpeſꝙ cogitati
ones. q̄b9 flebiliter a tua diſiū
goꝛ volūtate. ſ3 ad mēſas miſ/
ſericoꝛdias tuas: ⁊ ad fidē de/
uotionēꝙ eoꝝ q̄ ꝑ me tuā3 ex
petūt miſcd̄iam. Et q2 me in/
dignū mediū inter te ⁊ ppl'm
tuū fieri voluiſti. fac me talem
vt poſſim digne tuam exoꝛare
miſcd̄iam ꝑ me pctōꝛe. ⁊ ꝑ co/
dē ppl'o. ⁊ adiūge voces nr̄as
vocib9 angeloꝝ tuoꝝ. vt ſicut
illi te laudāt inceſſabil'r ⁊ infa
tigabiliter in eterna btitudine
ita nos q̄3 eoꝝ interuētu te me
reamur inculpabilit̄ laudare
in hac ꝑegrinatiōe. Ieſu xp̄e q̄
viuis ⁊ regnas de9 ꝑ omia ſe/
cula ſeculoꝝ. Amen.

Itē alia orō ante miſſam.

Gnoſce domie qd̄ roga/
re cōpelloꝛ. dū ꝑ immun
da labia nomē tuū aſſumo. et
imūdoꝝ actuū ſecreta confite
oꝛ. nō habeo apud te v̄ba ſine
crimine. Tu eni ꝯſcie mee vul
nera. tu cogitationū mearum

occulta noſti. ꝛ imūdicias me
as tu ſolus agnoſcis. Miſere
re mihi miſerere dñe mihi. ig-
noſce myſterij tui ſecreta tra-
ctanti. nec indignū miſericor-
die tue iudices quē ꝑ alijs ro-
gare ꝑmittis. ꝛ in q̄ teſtimoni
um boni opis nō agnoſcis. of
ficiū ſaltē diſpēſatiōis credite
nō recuſes. Saluator mundi
q̄ cū pr̄e ꝛ ſpū ſancto viuis.

Item alia oratio.

Deus miſer̄die ꝛ veritatꝭ
clemētiā tuā ſuppliciter
depcor: vt mihi miſerrimo in-
numerabiliū veniā concedas
pctōꝝ: q̄b᷒ irā tue potētie ꝓuo
caui. q̄tin⁹ te miſerāte i hac vi-
ta ſm̄ tuā volūtatē purgatus
ad btitudinis eterne ꝑticipati
onē ꝑtingā. Cūctis etiā in cor
pore ſiue extra corp⁹ fidelib᷒ q̄
mihi ſpiritali vł carnali ꝯiun-
ctione coherēt. ꝛ q̄ ſe mihi ꝯfi
tendo vł rogādo cōmendaue
rūt. necnō ꝛ q̄ꝝ pecūias ꝛ ele-
moſynas ſuſcepi. vł qui ꝑ me
am maliciā ſeu negligētiā cor
rupti ſunt manū mie tue porri
gas. ꝛ ꝑ ineffabilē largitatem
tuā adoptatā eis indulgentiā
pctōꝝ ꝯcedas. ꝛ ad requiē be-
atoꝝ eos ꝑducas.

Item alia oratio.

Deus qui de indignis di
gnos: de imūdis mūdos
de pctōrib᷒ iuſtos facis. mun
da cor ꝛ corp⁹ meū ab oī ſorde
ꝛ contagione pctī. ꝛ fac me di
gnū ſacris altarib᷒ miniſtrū ꝛ
ꝯcede ꝓpici⁹. vt in h̄ altari ad
qđ indign⁹ accedo hoſtias ac
ceptabiles atq̄ placabiles of-
ferā pietati tue ꝓ pctis ꝛ offen
ſionib᷒ meis et ꝓ oīb᷒ fidelib⁹
xp̄ianis ꝛ oīb᷒ circūſtantibus
oibuſq̄ mihi familiaritate vł
ꝯſanguinitate cōiūctis oībus
q̄ qui mei memoriam in ſuis
ꝯtinuis orationib᷒ habēt. et ꝑ
eum ſit tibi meū acceptabile
votū: qui ſe tibi obtulit in ſa-
crificiū. ieſus xp̄s dñs noſter.

Item alia oratio.

Ante oculos tuos dñe re-
us ꝯſcientie teſtis aſſiſto
rogare nō audeo qđ impetra-
re nō mereor. Tu eni ſcis dñe
omnia que agunt in nob. eru-
beſcimus cōfiteri qđ nō time-
mus admittere. Verbis tibi
tantū obſequimur: corde mē
timur. ꝛ qđ velle nos dicimus
nolle noſtris actib᷒ approba-
mus. Sed parce dñe confitē-
tibus. ignoſce peccantib᷒. mi-
ſerere rogantib᷒ te. ꝛ quia me-
us ſenſus in ſacramētis tuis

infirmus eſt: ꝛ apud te nō ha
bem⁹ verba ſine crimine. Preſta
dn̄e. vt ſicut ex nobis indignis
ꝛ pctōribꝫ duri cordis ṽba nō
ſuſcipis. ita ꝑ temetipm̄
nobis veniaꝫ largiaris. Qui
viuis ꝛ dn̄aris in ſecula ſeculorum.
Amen.

Ad virginem glorioſam

O Sereniſſima ꝛ inclita ṽgo maria mr̄ dn̄i
nr̄i ihū xp̄i regina celi
ꝛ terre: q̄ ꝛ eundē creatorē oīm
creaturaꝝ tuo ſctiſſimo vtero
dignare fuiſti portare. Cuius
idē veraciſſimū corp⁹ ꝛ ſanguinē
ego indigniſſim⁹ ſumere ꝓ
ſumo. Rogo te ꝑ ṽginalē humilitatē
tuā ꝛ paſſiōem ꝛ mortē
eiuſdeꝫ filij tui vt ad ipm̄ ꝓ
me miſero pctōre itercedere digneꝛ.
vt q̄cq̄d in ei⁹ ſacrificio
bn̄dictiſſimo ignorāter vel negligēter
vl' accidētalr̄ obmiſero
tuis ſctiſſimis precibꝫ mihi
digneꝛ indulgere. Amen.

Item alia orō ante miſſam
multum deuota.

Ecce benigniſſime dn̄e ieſu xp̄e fili dei viui ego indign⁹
pctōr memor tam ineſtimabil'
caritatis tue quā hūano
generi exhibuiſti qn̄ naſceres
ex maria ṽgine hō fieri voluiſti.
Exēplo ſctiſſime cōuerſatiōis
tue ꝛ ṽbo p̄dicatōis viam
eterne ſalutis nos docuiſti
innūeros dolores ac labores:
ꝛ iniurias pro nobis ꝑtuliſti.
multa dura etiā indigna paſſus
ac crucifix⁹ ꝛ mortuus es
ꝓpter nos: vt ab eterna morte
redimeres nos. inſup vulneratus
lancea militis tuū pctoſū
ſanguinē copioſe in remiſſiōeꝫ
ꝛ ablutionē pctōꝝ nr̄oꝝ d̄ tuo
pijſſimo latere effudiſti. Qui
etiā ad ꝑpetuā tante caritatis
memoriā in cena tua vltia trāſitur⁹
de h̄ mūdo ad pr̄em venerabile
ꝛ ſalutiferū tui corporis
ſacr̄m inſtituiſti. ꝛ in eodē
ſacramēto teipm̄ cibū ꝛ potuꝫ
ſalutarē aiaꝝ nr̄aꝝ nob ꝑparaſti,
ꝛ ſumendum impe raſti
dicēs. Accipite ꝛ comedite ex
h̄ oēs. Qui etiā ad ipm̄ venerandū
ſacramētuꝫ ꝑ famulos
tuos p̄ſbyteros in altari quotidie
ꝯfici: ꝛ in eodē ſacramento
tuipē ꝑ myſteriū ꝓ nob ireꝝ
pati: ꝛ manibꝫ eorundē p̄ſbyteroꝝ
ꝑ ſingulos dies ꝓ ſalute
nr̄a in tui memoriā offerri voluiſti.
Taute ergo dilectionis
tue memor intendo facere qđ
tu domine feciſti tunc. ꝛ a nobis
famulis tuis preſbyteris

fieri precepiſti. ⁊ qđ eccl'ia tua
ſancta te auctore fieri inſtituit
volens ſcilicet te cooperāte cō-
ſecrare ſeu cōferre corp⁹ ⁊ ſan
guinem tuum ſuo loco ⁊ tem-
pore canonis miſſe noſtre ⁊ of
ferre te dominū deum ⁊ ſalua
torem meū cū apertis defluen
tibus vulneribus tuis deo pa
tri tuo. tibiq̧ et ſpiritui ſancto
in memoriā pijſſime mortis
tue. immo omnium amariſſi-
morū dolorum tuorum corpo
ralium et ſpiritualiū quos pro
nobis miſeris redimendis et
inflammandis ab inſtanti cō
ceptionis tue in vtero v̄ginis
matris tue vſq̧ ad mortē cru-
cis magnis ardoribus amo-
re noſtro crebrius ſuſtinuiſti.
In memoriam inſuper glorio
ſe reſurrectionis tue et admi-
rabilis aſcenſionis: ad gloriā
et honorem ſumme trinitatis
ad venerationem ⁊ congratu
lationem benedicte mr̄is tue
totiuſq̧ celeſtis curie pro gra-
tiarum actione omniū benefi-
ciorum tuorum pro contritio-
ne. penitentia ⁊ ſatiſfactōe om
nium peccatorum ab origine
mundi cōmiſſorū. et pro pace
⁊ ſalute eccleſie tue ſancte mi-
litantis viuentium et defun-
ctorum. Accedo ergo licz vere
indignus ad altare tuum ſan
ctum domine. vbi etiā te miſe
rante recipere cupio te domi-
nū deū ⁊ ſaluatorē meū in tui
memoriā: ⁊ infirme anie mee
medicinā. Qui es preduleiſſi
mus cib⁹ ⁊ pot⁹ dulciſſim⁹ ſan
ctiſſime matris tue. ſanctoruꝫ
quoq̧ angelorū tuorū ac omni
um beatorū. Sed confiteor ti
bi dn̄e ieſu xp̄e ⁊ benedicte ma
tri tue ſemꝑ virgini marie ſan
cto angelo meo ac oībus ſup-
norū ſpirituū ordinib⁹ ſctō io
hanni baptiſte ſanctis apoſto
lis: euāgeliſtis: martyrib⁹: cō-
feſſoribus: v̄ginib⁹ ac oīb⁹ ſan
ctis tuis ꝙ neq̄q̧ dignus heu
nequaq̧ parat⁹ ſum ſuſcipere
te agnum dei immaculatū in
tam immundū ⁊ impreparā-
tum cordis ⁊ corporis mei ho
ſpiciuꝫ. ꝓpter innumera pecca
ta mea quib⁹ te dominū meuꝫ
a puericia mea vſq̧ nunc ad
iracundiā ꝓuocaui. et meam
conſcientiā pollui et grauaui.
Peccaui heu contra mādata
tua. multipliciter ea tranſgre-
diendo. peccaui heu contra ſa
cramenta eccl'ie m'ltipliciter ea
indigne ſumendo tractādo et
miniſtrando: ⁊ cōtra oīa iura

⁊ maiorū meorū inſtituta va-
rijs modis agendo peccaui.
heu multipliciter ꝯtra ꝓfeſſio-
nē ⁊ ordinē meū ⁊ cōtra vota
monaſtica corde: ore: opere et
omiſſione Cōfiteor tibi do
mine ꝙ interiora mea ⁊ exteri
ora a planta pedū meoꝝ vſqꝫ
ad verticez capitis mei varijs
iniq̄tatibꝫ ⁊ pctis multipliciter
inq̄nata ſunt ⁊ reſperſa. Ad-
huc ꝯfiteor tibi dn̄e ⁊ grauiter
me corā te accuſo ꝙ de vniuer
ſis ⁊ ſingul' peccatis a me ⁊ oc
caſione mei cōmiſſis. ⁊ de om
nibus bonis a me ⁊ occaſione
mei omiſſis ꝯtra te ꝯtra proxi
mos ꝯtra ordinē meū ⁊ cōtra
meip̄m. nō ſum ita cordialiter
ꝯtrit⁹ necꝫ tā plene ⁊ diſtincte
ꝯfeſſus. necꝫ ꝑ ꝯdignā penitē
tiā emēdat⁹. ſicut mihi expedi
ret ad ſalutē: ⁊ tibi cōgrueret
ad honorē. Sed indulgētiſſi
me dn̄e qui veniſti ppl'm tuuz
ſaluū facere a pctis eoꝝ. cui ꝓ-
priū eſt miſereri ſemꝑ et ꝑcere.
Qui dixiſti ore tuo benedicto
petite ⁊ accipietis. q̄ miſertus
es dauid ꝓphe adulterantis ⁊
occidētis. Qui miſert⁹ es pe-
tri apl'i te negātis ⁊ amare fle-
tis. Qui miſert⁹ es marie ma
gdalene tuos bn̄dictos pedeſ
ſuis lacrimis rigātis q̄ miſer
tus es latronis ſcto penitētis.
q̄ mulierē in adulterio deꝑhē
ſam ꝯdemnare noluiſti. Qui
innumeris pctōribꝫ te humili
ter inuocātibꝫ pctōꝝ veniā ꝓ-
ſtitiſti. Te dn̄e ꝯtrito ⁊ humi
li corde rogo vt me tā idignū
pctōrem nō ſpernas ꝓpter inu
meroſitatē ⁊ magnitudinem
pctōꝝ meoꝝ. ſed ꝓpter infini-
tū meritū totius crucifixe vite
tue. ac ꝓpter merita ⁊ p̄ces be-
nedicte m̄ris tue ⁊ oim ſctōꝝ
omia pctā mea quibꝫ iram ꝓ-
merui mihi miſericorditer di-
mitte. et fac me tuū ſacramētū
tam deuote tractare et ſume-
re vt ꝯſequi merear ꝟtutez de-
clinādi a peccatiſ. grām ſectan
di qđ rectū eſt in ꝯſpectu tuo.
Pacem verē et finē bonum et
iugiter tue ꝓtectiōis ꝯſilium ⁊
auxiliū. et poſt hāc vitā miſerā
fac me participē tue redēptio-
nis. In ſup miſericorditer reſpi
cere digneris illos et illas ꝓ q̄s
bus te ſpecialiter offerre ꝓpo-
no vt bonos cōfirmes malos
ab errore reuoces. afflictos cō-
ſolerꝭ. tēptatos eripias. diſcor
des in bono ꝯcordes. purgan
dos a purgatorio libereſ. ⁊ oēſ
fideles adhuc viuētes in viaz

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſalutis eterne dirigas ac omi-
bus fidelib; defunctis ꝓ qui-
bus orare velis requiē ⁊ lucē
ꝑpetuam tribuas. Qui vi.

Gratiarūactio poſt miſſaʒ
a ſacerdote dicenda.

GRatias tibi ago dñe
piiſſime q me ad offi-
ciuʒ ſacerdotale elegi
ſti. Gratias tibi ago dulciſſi-
me deus q me tuo dulciſſimo
corpe ⁊ ſanguine refeciſti Gra
tias tibi ago dñe clemētiſſime
ꝓ deuotione q̄ me in hac miſ-
ſa ſpecialiter reſpexiſti. Grati-
as tibi ago benigniſſime de⁹
q me ꝓtegendo a ꝑiculoſis ne
gligentiis cuſtodiſti Mi dñe
de⁹ ecce ꝓ gratiſſima electione
ꝓ dulciſſima refectōne. ꝓ tam
piiſſima reſpectione. ꝓ tam be
nigniſſima ꝓtectione ⁊ cuſto-
dia. tibi optime de⁹ ex toto cor
de gratias ago. te benedico. te
laudo. te glorifico in eternum
Eya nunc oro piiſſime de⁹ vt
ſit mihi hoc dulciſſimuʒ ſacra
mentū cōtra oīm pctōꝝ meoꝝ
vulnera efficaciſſimū medi-
camentū. Sit mihi benigniſ-
ſime de⁹ hoc dulciſſimū ſacra
mentū omis virtutis ⁊ grē vi
ctorioſiſſimū cōplemētū Sit
mihi piiſſime de⁹ hoc dulciſſi
mū ſacramētū tam in vita q̄
in morte cōtra oīa ꝑicula vali-
diſſimū tutamentū. Sit mi-
hi dulciſſime de⁹ hoc ameniſ
ſimū ſacramentū ad eternam
beatitudinē ſolidiſſimū fulci-
mentū. Mi dñe deus ꝑ ſum
ptā queſo euchariſtiā da mihi
vt a peccatis emūdat⁹ merito
fecundat⁹: fine bono ꝯſūma-
tus: tecū in perpetuū ſim bea-
tus. cui eſt honor ⁊ glīa in ſe-
cula ſeculorū. Amen.

Item poſt miſſam pro vi-
uis ⁊ defunctis Oratio.

EJa p̄cor te piiſſime de
us etiā ꝓ oibus fami-
liarib; ⁊ amicis meis
⁊ ꝑ adiutricē hui⁹ ſacramenti
virtutem: adiuues ⁊ dirigas
eos ad eternā ſalutē. precor te
mitiſſime de⁹ ꝓ omib⁹ bonis
hominib; vt ꝑ confirmatricē
huius ſacratiſſimi ſacramen-
ti virtutē confirmes ⁊ muni-
as eos ad vitā eternaʒ. precor
te piiſſime ⁊ benigniſſime de⁹
pro pctōribus vniuerſis. vt ꝑ
reparatricē hui⁹ ſacramēti vir
tutē conuertas ⁊ repares eos
ad eternā ſalutē Precor te mi
ſericordiſſime deus ꝓ omib⁹



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fidelib⁊ defunctis vt ꝑ libera-
tricē hui⁹ sacri virtutē liberes
eos ⁊ absoluas ad eternā salu
tē. Mi dn̄e de⁹ oro te instāter
vt ꝑ h̄ sacratissimū sacr̄m tu-
um. speciales meos digneris
specialiter visitare. ⁊ bonos in
bono ꝯfirmare. ⁊ malos a ma
lo reuocare. ⁊ purgādos a pur
gatorio liberare. pr̄ misc̄diarū
ꝑ tua misc̄dia in eternū. Amē

Alias or̄ones ⁊ grāꝫ actio
nes añ ⁊ post missaꝫ a sacerdo
te dicēdas. repies sup̄ vbi ha-
bent or̄ones ante ⁊ post sacrā
cōmunionē dicende.

Or̄o cancellarij parisiensis
ꝑ modū appellatiōis cuiusdā
pctōris a diuia iusticia ad di-
uinā misericordiā.

In tua o regina celi et
mūdi toti⁹ dn̄a dei ge
nitrix illibata ꝟgo ma
ria. ac vr̄m oīm celestꝫ regni ꝑ
cerū ciuitatꝫ eterne conciuiū ⁊
beate felicitatis coheredū corā
dei throno ⁊ agno iugit' astan
tiū. tuiq; sacer euāgelista Jo-
hānes pudicicie ꝟginal' para-
nimphe. celestium scrutator e-
gregie ⁊ diuinoꝝ scriba doctis
sime: tanq̄ȝ in ꝑsone singularꝫ
autentice. ⁊ p̄rogatiue sctitatis
⁊ dilectiōis ampliorꝫ dignissi
meq; p̄sentia. Ego. N. oīm fi
lioꝝ dei ingratissim⁹. merito-
rū pauprim⁹. et scelerum heu
abundātissim⁹. ab oīm pctōꝝ
meoꝝ grauaminib⁊. firmo cor
rectiōis ꝓposito: ⁊ aīo ad emē
dationē vite melioris fiducia
liter appellādi ⁊ lachrymarū
meaꝝ profluuijs adistrictissi-
ma tua dn̄e iusticia ad clemē-
tissimā bonitatis tue mi̅ficor
diā ꝓuocādi. dico: ꝓtestor. cō-
fiteor et ꝓpono. Qd̄ licet. ego
pctōr impi⁹: indign⁹ ⁊ miser-
rimus tantilla mea tp̄a pueri
cie metas adolescētie cursum
⁊ ꝓuectionē virilitatis mee ꝓ-
gressum. imo omnes vite mee
ꝓcessus. Annos menses dies
horas ⁊ momenta. timore tuo
postposito. anio irreuerenti et
infrunito cogitatu. desiderijs
⁊ conatib⁊ malis. volūtate. ꝓ-
posito ⁊ consensu peiorib⁊. nec
non ope ꝯsuetudine ⁊ cōtem-
ptu pessimis incessanter et im
pie transegerim: legem tuam
peccando dereliquerim. iusti-
cias tuas ꝓphanauerim. gra-
tiā tuam abiecerim. mandata
tua nō custodierim. salutaria
tua consilia et monita ꝑui-

penderim. pietatꝫ opa ſegniter neglexerim. dono ſpiritꝰ ſeptiformis mortaliter a me repulerim. btitudines ꝛ ꝟtutes malicioſe ſpreuerim. eccleſiaſticis me ſacramētis indignū reddiderim. temereq̧ꝫ boni ꝓprie ſalutis imemor pctā cōmiſerim obſeruātias eccl'ie ſctē catholicas ꝛ pcepta ptinaciter tranſgreſſus flagicioſis meis opibꝫ fidē tuā violauerim. pctis meis rurſum te fili dei crucifixeri oibꝫ tuis bñficijs ꝛ donis gratuitis ingratꝰ extiterim. flagella tua licet pauca murmurando ſuſceperim. In ſupbia vite auaricia cordis indgnatōe mētis et corpis. inuidioſ actibꝫ. peculiaribꝫ caſtrimargijs. iracūdis motibꝫ. accidioſ corporibꝫ. innūerꝫ voluptatibꝫ actualibꝫ culpis mortalibꝫ ꝛ criminalibꝫ vicijs. venialibꝫ peccatꝫ offenſis ſpūalibꝫ corporis cordis ꝛ oris iniq̄tatibꝫ. factꝫ illicitis. pſumptiōibꝫ temerarijs crebris inobediētijs. negligentijs ꝛ delictꝫ plurimis: ꝛ alijs nefandis exceſſibꝫ ex malicia ꝛ fragilitate. oibus interioribꝫ ꝛ exterioribꝫ meis ſenſibꝫ te deum meū ḡuiter. ꝛ mltiplicíter offenderim. Et his mal' proprijs nō ɔtētꝰ mala mal' accumulans alijs occaſionē peccādi pbuerim eos in puteū interitꝰ mecū traxerim. Peccātibꝫ ɔſiliū auxiliū ꝛ fauorē impenderim. exēplis puerſ ipe puerſus innocētes puerterim. Ad pctā q̄ rariſſime defleui q̄ſi canis ad vomitū ꝛ ſus ad volutabrū luti pꝰ lamēta tanq̧ꝫ ea nō plāxiſſem impudice redierim. Hec pmiſſa ꝛ oia alia mea facinora tibi cūcta videnti notiſſima. ordie ſcia loco tpe ꝛ cauſa vltra modū auxerim ꝛ aggrauauerim. mala q̄ꝝ nō ē numerꝰ neq̄ter cōmiſerim. ꝛ p ea ſententiā mortꝫ eterne. q̄ dr aia q̄ peccauerit ipa morieſ. dānabiliter incurrerim. i iudiciū tuū horrēdū ꝛ iuſtiſſimū dñe: ꝛ in manū tuā dei viuētꝫ pnicioſe nimis inciderim indignatōeꝫ tuā incurrerim. a ɔſortio celeſtis exercitꝰ me ſepaueri. et ab iniq̄tate mea in q̄ vſq̧ꝫ adhuc q̄ſi p talētū plūbi reſideo. vt reſurgere non adiecerim. ſpq̧ꝫ te dñm vocantē me ad pniaꝫ nō audiueri. pmittētē te pmia efna renuerim ꝛ te mortē cōminātē ppetuā ꝛ diuitias bōitatꝫ

patientie ⁊ longanimitatꝫ tue in anie mee piculū ⁊ ſalutꝫ di-ſpendiū ꝯtēpſerim Cū tu rex fortis ⁊ potens. vltor metuende terribilꝭ ⁊ iuſte iudex de cuius ore ſedētis in throno ꝓcedit gladiꝰ ꝑ iudiciū ⁊ iuſticiā bis acutꝰ. ꝯtra iniuriā oñdenſ mihi bonitatē ⁊ patiētiā. Suſtinuiſti et expectaſti vt mihi miſerearis. Prolongaui iniq̄tatē. ⁊ tu bonitatē ꝯtinuaſti in caritate ꝑpetua. miſerās dilexiſti me et attraxiſti me. diſſimulaſti ꝓpter penitētiaꝫ omēs tranſgreſſiōes meas et ſcelera mea. ꝯtemptꝰ. ingratitudies ⁊ delicta. nō improperaſti mihi bñficia. nō detraxiſti ꝓpter crimina. toleraſti patiēter omia mea flagicia. cuſtodiſti me ne vltra ea q̄ feci cōmitterē grauiora. Nō feciſti mihi ꝭm peccata mea: nec iuxta iniq̄tateſ meas. Nō tribuiſti ꝓ malis mala. ſed ꝓ malis bona. Nō intuliſti mihi opprobria. non irrogaſti couicia. retraxiſti manū vltricē vibrantē ſuꝑ me vindicte gladiū. diſtuliſti ſententie mortis executionē. Suſpēdiſti iudiciū ⁊ iuſticiā ꝓrogaſti ſpe correctiōis vite mee terminū: ⁊ pctōꝝ meoꝝ vltionez dignissimā vſq; in horā p̄ſentez miſericorditer auertiſti ⁊ i miſerationib; tuis multis factū eſt. vt nō ſim ꝓſumptꝰ ne ꝑpetuum ſuſtineā ſaluatiōis ꝑiudiciū patrimonij celeſtis iacturam btē viſionis carentiā. dānū corꝑis ⁊ anie dānationis penā. nō morituri vermis dolorē. inextinguibilꝭ ignis incendiū. ſtridorē dentiū. tenebras fletū. luctū ⁊ grauamē. Ex p̄miſſis igiť dñe ſi a me faciem auerteris ⁊ miſc̄diaꝫ deſpexerꝭ ſi iniq̄tates meas obſuaueris ſi in ira tua arguēdo me miſericordiā tuā attennueris ⁊ antique miſc̄die recordatꝰ nō fueris. ſi in ꝑpetuū mihi iraſcerꝭ ⁊ miſc̄diaꝫ a me pctōre in eternū abſcōderis. ſi iuſticie tue ſoliū me iudicaturꝰ aſcēderis et oblitus fueris mei finaliť miſerrimi. Sciens me ꝑ iniq̄tatū mearū multitudine ⁊ graui pctōꝝ onere me culpabiliť in hac vita grauatū. nō indebite: timenſq; veriſiliť ſi tantꝭ tribulationib; adiutorē nō inuenero poſt hanc vitā me plus ⁊ mlto fortiꝰ aggrauari. Ideo q; deꝰ iudex iuſte in his ſcptu

ris lachrymaꝝ mearuʒ attra/
mentoꝯſcriptis. a te iratoꝛ iu
ſto iudice ꝛ a ſententia tue di
uine iuſticie ad te placatum ꝛ
miſericordē prem miſericordi
arū. q̄ tardū neſcis miſcōdiam
ꝛ cui ꝓpriū eſt ſemꝑ miſereri et
parcere. qꝛ ſupioreʒ nō habes
cū tu ſis ſolꝰ altiſſimꝰ ꝛ in mi
ſericordia copioſus ad tribu/
nal tue clemētie bonitatꝭ ꝛ mi
ſericordie q̄ iudiciū ſupexaltat
in ſpe venie. Ego miſer ad te
miſericordē cuiꝰ miſcōdie non ē
numerꝰ ꝓuoco et appello. Et
te reginā ꝛ mrēm miſcōdie oēs
ꝗ ſcōs ꝛ electos dei: ꝛ ſpecia/
liter vos iudices iuſti cōmili/
tones apl'os peto vt inſtanter
inſtātiꝰ inſtātiſſime ꝓ me pec/
catore miſerrimo. ad deū meū
ſuppliciter intercedatis ac ite/
rū ꝛ iterū ꝛ cū omī qua poſſuʒ
deuotiōis ꝛ hūilitatis inſtan/
tia. a te cuiꝰ miſcōdia plena eſt
oīs terra. ꝛ ꝑ te in celꝰ ꝑparata
ꝛ in eternū edificata gratiā et
veniā. Et qꝛ in miſcōdia diues
es. clemētiā ꝛ miſcōdiam peto
mihi dari cū ipſe deus meꝰ ſis
cuiꝰ miſeratiōes ſunt oīa opa
tua. q̄ cui volueris imo omniū
miſereris: ꝛ q̄ grām et miſeri/
cordiaʒ in q̄cunqꝫ hora pecca/
toꝛ ingemuero mihi dare poſ/
ſis ꝛ velis: ſubiiciēs corpus ꝛ
aiam: vitā ꝛ opa: res ſtatum ꝛ
tpa mea: necnō oēs ꝛ ſingulos
miſcōie tue adherētes ſeu ad/
herere volētes ꝓtectiōi ꝛ gra/
tie abūdātiſſime bonitatis et
miſcōie tue dn̄e deꝰ pr̄ vnige/
nite. Jeſu xp̄e ꝛ ſpūs orphano
rū paraclite: indiuiduaqꝫ tri/
nitas bn̄dicta. Proteſtoꝛ etiā
ꝙ p̄ſentē orōnis mee deuotio/
nē aſpectibꝫ tuis ſepiꝰ publica
re ac mores et vitā auxilio tuo
q̄nto celeriꝰ potero corrigere ꝛ
emēdare volo. Rogo etiā te fi
li dei crucifixe vt laterꝭ tui vul
neris ſigno. q̄ illā in cruce pen
dens orōem (pr̄ ignoſce illꝭ qꝛ
neſciūt q̄d faciāt) ꝯſignaſti. et
in qua ꝓ tua reuerētia es exau
ditus hanc etiā oratiunculaʒ
meā diuine ꝓuocatiōis miſeri
cordie clemēter ꝯſignes. ꝛ eaʒ
miſcōie multe facere digneris
efficacē. Reqrens te ſacer ſcri/
ba Johēs quatinꝰ p̄ſentē me
am orōem. tibi cōmiſſe ꝟginī
mr̄i cū ex orōne ꝓ me publices
Et regina miſcōie eā cū oſtē/
ſione ꝓ me pectoris ꝛ vberum
tuoꝝ. quem genuiſti dei filio

notifices. Tu quoq; fili clementiſſime eā pr̄i cū oblatiōe ꝓ me paſſiōis ſanguinis vulnerū tuorū ⁊ mortis offeras: acceptabileq; facias alme trinitati vt ꝑ eam ⁊ alia pietatis opa grām ⁊ miſcdiam. peccatorū remiſſionē ⁊ veniā. requiem ⁊ vitā merear ſempiternā. Amen:

Incipit informatio bona ⁊ optima religioſorꝫ. imo ſacerdotū ⁊ omniū clericorꝫ q̄ ex ordinatione ſacrorꝫ canonū ad horas canonicas deuote quotidie ꝑſoluendū ſunt obligati qualiter ad eaſdē horas ſe preparare. ⁊ quō ac qualiter in eiſdem ſe habere debeant.

Cadente ſeu ſignāte horologio circa horam vigiliarꝫ. mox in momēto. ⁊ quaſi in ictu oculi ſurgēs ſtatue in animo tuo te audire vocē illam terribilē q̄ fiet in iudicio. Surgite mortui q̄ iacetis in ſepulcris vr̄is et occurrite ad iudiciū ſaluatoris. Exiliens igit̄ feruēter de lecto ꝯſignās te ſigno ſctē crucis grās age diuine miſcdie ꝓ quiete multa. ⁊ eiuſdē protectione ⁊ ꝓ cuſtodia angelorꝫ. Deinde mentis intuitu ꝯſiderās virginē glorioſā mariā: Ex intimis cordis tui medullis dicito. Aue maria ⁊c. Cū vero pulſat̄ ad matutinas pone in corde tuo audire te nunciū dn̄i tui dicētem. Ecce ſpōſus venit: exite obuiā ei. Ac poſtea cū reuerētia magna intrās chorꝫ in conſpectu dn̄i dei nr̄i Jeſu xp̄i. et ſctōrꝫ angelorꝫ: ⁊ btārꝫ aīarū cū timore dn̄i ⁊ reuerētia ſta ī gradu tuo: ⁊ cogita de dei bn̄ficijs ⁊ de tua ingratitudie. et humilia valde ſpūm tuū. q2 cor ꝯtritū ⁊ hūiliatū de⁹ nō deſpiciet. Et anteq; terminet̄ vltima pulſatio cogita ex ītimo corde q2 dn̄s ieſus in ſua paſſione media nocte cōprehenſus fuit ⁊ ligat⁹. vt te ad ipm vinculo ſui amoris attraheret. ⁊ tali hora capt⁹ a iudeis ⁊ viliter tractus vt te a captiuitate inimici eripet. ⁊ ereptū ꝑpetue libertati donaret. Hec igit̄ mēte reuolue et in affectiōe dulci recollige. ⁊ memorie tue imprime ⁊ dic. Oratio.

O Dulciſſime ieſu cui⁹ potentie ⁊ imperio oia curuantur. cui⁹ maieſtas ita ē in

clinata vt ꝑ me ab inimicis ſtu
is capi. ligari ꝛ trahi dignare⸗
ris. Da mihi ꝑ auxiliũ gratie
tue ꝯtrité humilitatiſ: ꝛ ſpũm
fortitudinis ꝛ donũ ſcti timo
ris. q̃ triplici vinclo mẽs mea
firmiter ligata ĩ tua volũtate
ꝑmaneat. ꝛ ĩ tuo obſequio ſta
biliet. Include dulciſſime ie⸗
ſu cor meũ ĩ tuo dulci carcere:
ne vaget ꝑ inania et inquietũ
diſcurrat ꝑ mũdum: vagoſq3
mot⁹ mẽtis mee ĩ te cõprime.
ꝛ oẽm mẽoriã meã ꝛ intellectũ
ꝛ affectiões meas ꝛ volũtates
ad te reuoca. ꝛ in te ꝯuerte. vt
ſic in tiore ꝛ reuerẽtia tibi dña
tor oim aſſiſtens. te digne lau
dare merear et ꝑfecta caritate
diligere. ꝛ tibi ꝑpetuo inherere
Terminata igit vlti⸗ (Amen
ma pulſatiõe et incepta orõne
dñica q̃ preparatoria ẽ ad grãm
deuotiõis recipiendã. totũ te
ꝯferas ad rogãdũ deũ. ſingul
ꝟbis cor tuũ diligent apponẽs
qꝛ aſſunt ſcti angeli q̃ ſunt ad
miſtratorij ſpũs miſſi in mini
ſteriũ ꝓpter eos q̃ hereditatez
cupiũt ſalutis. Qui ꝟſus ſin⸗
gulos deuotiõe conditos aſſu
mũt vt deo repſentẽt ex pte nr̃a
ꝛ ipi deo nos ꝑ amorẽ recõcili
ent. Fruct⁹ pſalmodie ꝛ ef (fect⁹

Quotiens igit de
erumnis h⁹ exilij pſalm⁹
loquit. q̃ties in eo agit de tem
ptatiõib ꝛ tribulatiõib bono
rũ: ſiue de tpali felicitate ma⸗
loꝝ aut de futura dãnatiõe re
proboꝝ. aut de plena felicitate
iuſtoꝝ. ſiue de dei mia. ſiue de
dei iuſticia. ſiue de iudicio. aut
de opib creatiõis. gubernatio
nis. diſpoſitiõis. diſpẽſatõnis
diuie. Itẽ dei mãſuetudis. pa
tientie. lõganimitatis. carita⸗
tis: ceteroꝝq3 bonoꝝ ꝛ donoꝝ
ei⁹ in oib ꝑſonare dz grãrum
actio et vox laudis. ꝓ oibus ei
grãs age. magnũ eni inde re⸗
portabis emolumentũ. qꝛ de⸗
uote pſallenti gr̃a cõtritionis
infundit. culpa remittit. cari⸗
tas excitat. virt⁹ mẽtis acqrit
Intellect⁹ illuminat. Quic⸗
q̃d ei in ipis pſalmis eſt facit
ad edificationẽ. ad vtilitatez
humani generis et ꝯſolatiõez
Pſalmus nãq3 triſtes ꝯfortat
iratos mitigat. infirmos robo
rat. ſupbos hũiliat. hũiles le⸗
tificat. pigros excitat. diſcor⸗
dãtes pacificat. ad celeſtia cor
da ſubleuat. creaturã creatori
copulat aĩam verbo maritat

Ibi plane ſpūalis ſcties cōnu
bij celebraṫ ꝯtract⁹ atq̄ com/
plexus vbi idē velle ⁊ idē nol/
le vnū facit ſpūm de duobꝫ. q̄ꝛ
q̄ adheret deo vnus ſpūs eſt.
Conformitas eni voluntatū
aīam ꝟbo: id eſt ieſu xpo mari
tat. cū ei cui ſiḻis eſt ꝑ naturā
ſimilē te exhibꝫ ꝑ volūtatē Ita
q̄ occupato i hūc modū pſal/
lentis anio. ſi caput ſi pect⁹ an
guſtiaṫ. ſi deficiāt genua. ſi pe
des intumeſcāt. breuis laboꝛ ⁊
doloꝛ videbiṫ q̄ eternitas com
paraṫ. Nec longa vigilia eſti/
mabiṫ vbi dei pn̄tia cernitur ⁊
ſuauitas guſtatur.

Meditatio ad laudes.

Ad laudes vero cogita ꝙ
diluculo creat⁹ eſt mun/
dus. ⁊ tūc creati angeli ꝓrupe
runt in laudē. vnde domin⁹
ad Job. vbi eras qn̄ me lau/
darēt aſtra matutina. ⁊ iubila
rent oēs filij dei. Bonos igiṫ
angelos q̄ poſt creatiōnē ſpon
tanea volūtate ſummū bonū
elegerūt diſcreuit de⁹ a maḻ q̄
ſi lucē a tenebris: ⁊ ſtātes ſua
gr̄a illumiauit: tribuēs grām
coopantē ꝑ quā ſummo bono
inherētes ipm ꝑfecte diligerēt
in q̄ cōfirmati ſunt. ita vt ma/
lū oīno velle non poſſint. Tu
igiṫ ipi ꝯditoꝛi tuo grās age ex
intimo deuoti cordis ꝙ te pre
deſtinauit ab eterno. et te di/
ſcreuit ab infinitis dānādoꝛuꝫ
agminibꝫ. ⁊ ꝙ te in filiū adop
tauit. et elegit ad ineffabilem
gloꝛiā ⁊ leticiā ⁊ dignitateꝫ et
beatitudinē. Et ꝙ nr̄am natu
rā in tanta ſublimitate ꝯdidit
⁊ tā miſicordiṫ repauit Dein
de grās age ꝙ tanti te habuit
illa maieſtas. vt ꝓ te puer par
uulus. ⁊ pauꝑ fieret ⁊ infirm⁹
Vermis ⁊ nō hō. oppꝛobꝛiuꝫ
hoim et abiectio plebis. Q̄d
mūdū vita ⁊ doctrina illumi/
nare dignat⁹ eſt Q̄d tam cru
delē tam vilē ⁊ abiectā moꝛtē
ꝓ nobis ꝑtulit. Q̄d coꝛp⁹ no
ſtrū in reſurrectiōe ſua gloꝛifi/
cauit. ⁊ in aſcēſione ſuꝑ oia ex
tulit. ꝙ tā dulcē arrā ſue dile/
ctionis dedit ſuū dulciſſimuꝫ
ſanguinem. ꝙ deſiderabile pi/
gnus ſpūm ſuū. ꝙ teſtamētuꝫ
nobis reliq̄t euangeliū ſuum.
Q̄d teſtes appoſuit innume
rabiles. Apl'os. martyres. cō/
feſſoꝛes atq̄ ꝟgines. quoꝝ vi
ta tibi inclita doctrina ē: quo/
rū paſſio ⁊ moꝛs glo'ſa tibi ꝓ/
ficit ad ꝯſolationē ⁊ ſuffragiū

ad eruditionē ad vitaꝫ. ⁊ coo-
perať ad bonū. Poſtea grās
age ꝙ tibi nato grām contulit
baptiſmatꝫ ditauit ingenio. na
tura lib restaurauit ḡtuitis or
nauit. ſalutē donauit ꝑiculis
exuit peccantē ſuſtinuit. Ab-
ſoluit errore ꝙ cecū illumīauit
ꝙ ſoluit vinctū reduxit errone
um. recōciliauit reū. ꝙ gratiā
tribuit ꝯtinēdi: ſpem indulgē-
tie dedit ⁊ fiduciā ꝓmerendi.
⁊ ꝓpoſiti ꝑſeuerantiā. Hec igi
tur mente humili deuotus re
uolue ⁊ dic. Oratio.

O Mīps mitiſſime deuſ ꝑ
cuiꝰ ſapiam cūcta ſubſi-
ſtūt. cuiꝰ fortitudine cūcta fir
manť ⁊ roborantť. cuiꝰ ineffa-
bili bonitate cūcta bene diſpo
nunť. Exaudi ꝑ tua ineffabi-
li clemētia ſeruulū tuum ad te
clamantē ⁊ tua potentia dulci
releua iacentem ⁊ labētis tene
manū ⁊ erige tua luciſſima
ſapiā cor meū illumina ⁊ doce
me facere voluntatē. tua boni
tate munifica Spiritu tuo ꝓn
cipali ꝯfirma cor meū ne laba
tur ad vicia aut in morteꝫ cor
ruat. Sed q̄ ſtantes angelos
tua gr̄a ꝯfirmaſti vt in te ꝑſe-
uerent. ⁊ vinculo tui amorꝭ li
gaſti. ne a te vnq̄ ſeparentur.
Mentē meā ꝯfirma in tua vo
luntate. ⁊ vinculo tui amorꝭ in
diſſolubiliter alliga. ⁊ ſi placet
ꝯfirma vt a te nunq̄ ſepareť:
ſed in tua potētia roboretur. ⁊
tua ſapiētia illuſtreť. in tua bo
nitate iocundentur ⁊ ꝑmane-
at eternaliter. Amen.

Meditatio ad primā.

AD primam cogita ꝙ illa
hora ꝯuenerunt ſacerdo
tes ⁊ ſeniores ppl̄i ⁊ querebāt
falſum teſtimoniuꝫ aduerſus
ieſum. In atrio cayphe prin-
cipis ſacerdotū ⁊ illudētes ei
⁊ colaphis cedētes ⁊ ꝯſpuen-
tes in eū. vinctū eum adduxe
rūt in ꝑtoriū ⁊ tradiderūt euꝫ
pontio pylato preſidi. Ora et
dic. Oratio.

O Uita pauper deus. via
humilitatis ⁊ forma pa
tientie. dn̄e ieſu in cuius ſinu
nō eſt ꝯtradictio. cōforma cor
meū humilitati tue et patiētie
cordis tui vt q̄buſlibet irroga
tis iniurijs: tacita ꝯſcia. ⁊ ſua
ta mētis tranq̄llitate. patiētiā
tuā merear amplecti. ⁊ eā ſtu-
dioſe imitari. ac ꝑ tua vincu-
la a pctōꝝ meoꝝ vinculꝭ abſo-
lutꝰ iudicio tuo i in illo tremē-

do meritoꝝ examine ſecurus
aſſiſtam. Amen.

Explicit meditatio ad pri-
mam. Incipit meditatio ad
tertiam.

Ad tertiā cogita ꝙ illa
hora crucifixus eſt ie-
ſus linguis iudeoruꝫ
accuſantiū ꝛ dānātiū ac dicen
tiū. Crucifige crucifige eū re
us ē mortꝫ Poſtea colaphiza-
tus ligat⁹ ad colūnā. flagella
tus vſqꝫ ad ſanguieꝫ. pupura
indut⁹ ꝛ illuſ⁹. ſpinis corona
tus. tādē morte ꝯdēnat⁹ Qꝺ
eadē etiā hora i die ſcō penthe
coſtes deſcēdit ſpūs ſctūs ſuꝑ
apl̄os ꝛ diſcipl̄os xpi ꝛ reple
uit eos. ſolidās ꝛ roborans vt
nec minis nec ꝟberib₉ nᶜ mor
te a veritate flecti poſſent. aut
a caritate xpi auelli. ora ergo

Domine (et dic. Oro.
ieſu xpe q̄ āmirabili bo-
nitate tua deo pr̄i vſqꝫ ad mor
tē ꝛ crucꝫ opprobriū ꝓ me obe
diens fuiſti vt ad obedientiaꝫ
informares. ꝓ me ligat⁹ es. vt
me a vincul̄ pctoꝝ abſolueres
Iudicat⁹ es morti. vt me a iu
dicio eterne dānatōis ꝛ mortꝫ
liberares. ꝓ me ſpinis corona-
tus es. vt me tua gl̄ia corona-
res. Infunde mihi grām ſpūſ
ſancti ꝯfirmātē cor meū. in ti-
more ꝛ amore nois tui. vt ſpre
tis blādicijs adulantiū et de-
trahentiū morſib₉ calcatꝫ ꝛ cō
temptis ꝑ patiētiā ꝛ imitatio-
nē tuaꝝ paſſionū digne cōiceꝫ
veſtigijs tuis. ꝛ delectabiliter
eis inhereā q̄tin⁹ nec aduerſi-
tate fract⁹. nec ꝓſperitate ille-
ctus vſqꝫ ad mortē in tuo dul
ci magiſterio ꝑſeuerē. Amen.

Meditatio ad ſextam.

Ad ſextā horaꝫ cogita ꝙ
tali hora crucifix⁹ ē dn̄s
nr̄ ieſus manib₉ et pedib⁹ ei⁹
clauis ꝑforatis ꝛ cruci affixis
riuis dulciſſimi ſanguis i ter
rā ꝓfluētib₉. Stans ḡ in gra-
du tuo q̄ſi in ſtipite crucꝫ ꝑ cō
paſſionē appēſus. ſtatue an̄ fa
ciē tuā q̄ſi pendenteꝫ in cruce
dn̄m ieſum toto corpe ſaucia-
tū ꝛ ſuo p̄cioſiſſimo ſanguine
cruentatū. Reſpice igit̄ la-
crimabiliter dulciſſimū ꝯdito
rē tuū ſic pendencem et dic.

Qui pctm̄ non fecit pctā mea
ꝑtulit. ꝛ lāguores meos ſuo li
uore ſanauit. Deinde ꝯuerſuſ
ad pr̄em in diuinis ſic eū allo
quere. Reſpice pijſſime pr̄ pijſ
ſimū filiū ꝓ me tā impia paſſū

Reſpice clemētiſſime rex filiū tuū q̄ patit. ⁊ remitte famulo tuo ꝑ q̄ patit. Nūqd nō attendis pie pr̄ adoleſcētis filij caput cariſſimū niuea ceruice deflexa in morte ꝓcioſiſſimā reſolutū. Aſpice mitiſſime ꝯditoꝛ dilecte ſobol' hūanitatē. ⁊ miſerere ſuꝑ infirmi plaſmat; debilitatē. Candet nudatū pect⁹ rubet cruentū lat⁹. tenſa arent viſcera. decoꝛa languēt lumia pallent oꝛa regia. crura pēdēt marmoꝛea. rigat terebꝛatos pedes beati ſanguis vnda. Dic ⁊tu chꝛiſto. Oꝛatio.

Laua me piiſſime ieſu in ſanguie tuo ⁊ ꝑ piiſſima vulnera tua. ſana plagas aīe mee. Cōfige clauis timoris tui pedes coꝛdis mei voluntates ⁊ affectiōes. ⁊ affige firmiter cruci pnie. vt interi⁹ diſponat coꝛ meū ſm bn̄placitū volūtatis tue. ⁊ exteri⁹ ꝯuertant mēbꝛa coꝛꝑis mei in vſu; miniſterij tui. ⁊ ſm foꝛmā preceptoꝝ tuoꝝ dirigant opa mea q̄tin⁹ abdicata pꝛſus ſecli vanitate ex ſentiendi voluptate ac noxia curioſitate. d' cruce p̄ſentis pnie. ad triūphū glie ꝑueniā eterne: vbi cū pr̄e et ſpū ſctō regnas ⁊ imꝑas in ſecula ſeculoꝝ. Amē

Meditatio ad nona;.

Ad nonā cogita q xp̄s pendēs ⁊ patiens i cruce felle ⁊ aceto potatus eſt. cū ſe ſitire parat⁹ ē. ſed cū guſtaret potū amarū bibere noluit. hec igit ad hāc hoꝛā cū ad officiu; veneris cogita et dic. Oꝛatio.

O Dulciſſime ieſu vera et ſumma ſapientia. cui nihil ſapit niſi bonū ⁊ iuſtu;. indulge mihi ꝑ tua ineffabili clemētia q̄cq̄d deliq̄ ꝑ iuſtū aut ꝑ inoꝛdinatū appetitū. Et cōcede mihi ꝟtutē diſcrete abſtinentie vt freno tēꝑātie retraham violēter appetitū meū a ſuꝑfluitate cibi ⁊ pot⁹ vt ſobꝛie viuēdo aīa; meā tranſferā ad tuā ſapia; cui⁹ melliflua dulcedie mēs mea ſuauit refecta in te q̄eſcat. Amē. ogita etiā q hoꝛa tali videlic; nona xp̄s in cruce: toꝛmētis ⁊ penis fatigat⁹. dicēs pr̄i. Pr̄ in manus tuas cōmēdo ſpm̄ meu;: expirauit felicit. oꝛa igitur ⁊ dic. Oꝛo

Deus infinite miſericoꝛdie et bonitat; immēſe q̄ defoꝛmitati mee cōfoꝛmis ꝑuuiſti vt d'foꝛmia mea

miſcorditer reformares. mor
te etiā crucis ꝑtuliſti indebi/
tā: vt mea debita ꝛ eterna mor
te liberares. tribue mihi ꝑ tua
pietate verā ꝛ infatigabilē in
cruce penitētiali ꝑſeuerātiam.
vt ꝛ de tua dulciſſima paſſiōe
ſpeculū pn̄ie ꝛ patiēdi mihi fa
ciā ꝛ iugiť adhibeā. atq; meā
ꝑciū veraciter attendēs ꝛ me/
ipm ex ꝑcio fidelr appendens
in ſctiſſimas manꝰ tuas ſanā
ꝛ imaculatā aiam meā in ext/
tu meo tradā tecū: ꝛ in te eter/
naliter victuram. Amen.

Meditatio ad veſpas.

AD veſpas cogita ꝙ tali
hora reqſita licētia a py/
lato vt tollerenť corpa crucifi/
xoꝝ de patibuľ ꝓpter inſtans
feſtū ſabbati venerūt milites
ꝛ primi qdē ꝛ alteriꝰ qui pen
debāt cū ieſu fregerūt crura.
ad ieſum vero cū veniſſent. et
viderūt eū iā mortuū nō frege
rūt eiꝰ crura. Sed vnꝰ militū
lancea latꝰ eiꝰ aperuit. ꝛ conti
nuo exiuit ſanguis ꝛ aq̄. Ora
igiť mēte ſupplici ꝛ dic. Orō.

O Uita cordis mei ꝛ amor
meꝰ dulciſſime ieſu. lan/
cea tui amoris ſuauiſſimi cor
meū ꝓfunde penetra vt recenti
vulnere caritatis tue ſalubriť:
ſed incurabiliter ſauciatum. ꝛ
in aqua laterꝭ tui a cūctis rea/
tibꝫ expiatū. atq; cōcupiſcen/
tijs tempatū. ꝛ refrigeratū ſi/
gno ꝑcioſiſſimi ſanguinis tui
munire ꝛ munitū finaliter re/
cognoſcere digneris. ꝛ agnitū
inter btōs greges paſcue cele/
ſtis celeriť collocare. Qui cū
pr̄e ꝛ ſpū ſctō viuit et regnat: ꝑ
omia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Ad cōpletoriū meditatio.

AD cōpletoriū cogita ꝙ
ioſeph ab arimathia ve/
nit cū diſcipuľ ieſu ex ꝑmiſſio
ne pylati vt tollerēt corpꝰ ieſu.
veit ꝛ nicodemꝰ ferēs mixturā
mirre ꝛ aloes q̄ſi libras centū
Acceperūt ergo corpꝰ ieſu ꝛ liga
uerūt lintheis cū aromatibꝰ.
Joſeph aūt mercatꝰ ſindonē
inuoluit corpꝰ ieſu in ſindone
mūda. ꝛ poſuit illud in monu
mēto ſuo nouo qđ erat exciſū
de petra. Hic attēde quāto a/
more ꝛ deſiderio hi duo vene/
runt. ſcꝫ ioſeph ꝛ nicodemꝰ ad
deponēdū de cruce dn̄m. ꝛ re/
uerenter ſepeliēdū. quā ſuauiť
tūc de manibꝫ ꝛ pedibꝫ eiꝰ cla
uos detraxerūt. q̄nta pietate, ꝛ
deuotiōe demiſſū corpꝰ acce

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perūt ꝙ̄ largo lachrymaꝝ im
bꝛe amplexati ꝛ deoſculati ſūt
q̄ntā cordis flagrātiā ſuꝑ oīa
aromata tūc ꝑſenſerunt. Hec
igiť deuota mēte recole ꝛ dic.
O Dulcedo ꝛ vita Oꝛ̄o
mea dn̄e ieſu. Excide de
lapideo corde meo tibi reclina
toriū ꝛ deſcende in coꝛ meū vt
iugiter ꝛ feliciter ſentiā tui dul
ciſſimi ꝛ iocūdiſſimi odoꝛꝫ fra
glantiā vt mens mea dulcedi
ne: ꝛ odoꝛe ſuauiſſime tue p̄ſen
tie repleta dignū fiat tibi habi
taculuꝫ. Uiciſſim etiā mens
mea in te q̄eſcat et maneat ac
poſt vite iſtiꝰ finē. tecū de moꝛ
te reſuſcitatꝰ ad ineffabilē glo
riā tuā feliciter ꝑueniā. Amē
Explicit informatio religi-
oſoꝝ de hoꝛis canonicꝭ. Oꝛ̄o
dicēda añ pſalmodiā vł hoꝛaſ
canonicas aut qualibꝫ oꝛ̄oem
Suſcipe ſctā trinitas
pr̄ filiꝰ: ſpūſq̄ꝫ ſanctus
hāc oblationē pſalmo
rū ꝛ oꝛ̄onū quā ego indignus
pctōꝛ hodie offerre cupio. ꝛ q̇c
q̇d boni fecero ad laudē ꝛ glo
riā noīs tui. et in mēoꝛiā et re-
coꝛdationē Incarnatōis. paſ
ſionis. moꝛtꝭ. reſurrectōis ꝛ in
celū aſcenſionis vnigeniti filij

tui dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: necnō i ho-
noꝛē ſctiſſime dei genitricꝭ ma
rie ꝛ oīm ſctōꝝ angłoꝝ. pr̄iar-
chaꝝ. ꝓphaꝝ. martyꝝ. ꝯfeſſo-
rū ꝟginū et oīm ſctōꝝ tibi pla
centiū. ꝓ oībꝫ pctis ꝛ negligen
tijs meis pn̄tibꝫ p̄teritis ꝛ fu-
turis. ꝓ pace ꝛ vnitate eccleſie
tue ſctē. et ꝓ oī ppło xp̄iano. ꝓ
aīabꝫ pr̄is ꝛ mr̄is mee: fratruꝫ
ſoꝛoꝛū et oīm ꝑentū meoꝝ vi-
uoꝝ ꝛ moꝛtuoꝝ. oīmq̄ꝫ bn̄fa-
ctoꝝ meoꝝ. ꝛ cūctoꝛū fideliuꝫ
defunctoꝝ q̄ ab adā vſq̄ꝫ i ho
diernū diē de hac luce migra-
uerūt. ꝓ q̄bꝫ licet dep̄cari tuaꝫ
clemētiā: vt defuncti ꝯſoꝛtiuꝫ
regni celeſtꝭ: ꝛ viui ſpaciū pe-
nitētie ꝛ emendationis ꝑ hos
pſalmos et has oꝛationes cō-
ſequi mereantur.
Item oꝛ̄o poſt pſalmodiaꝫ
vel hoꝛas canonicas vel alias
oꝛationes dicenda.
Liberatoꝛ aīaꝝ mūdi re-
dēptoꝛ ieſu xp̄e dn̄e deus
eterne et immoꝛtalis. ſupplico
clemētie tue ꝑ hāc oꝛ̄oem pſal-
moꝝ et oꝛ̄onū quā ego idignꝰ
pctōꝛ hodie legendo obtuli. et
q̇cq̇d boni feci ad laudē ꝛ glo
riā noīs tui. ac btiſſime paſſio
nis tue et in honoꝛe ſctiſſime

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

genitric̃ marie ꝛ oim ſcoꝝ an gelorꝝ ꝑriarcharꝝ ꝓpharꝝ aplo rũ martyrꝝ ꝯfeſſorꝝ ꝟginum ꝛ oim ſctoꝝ tibi placẽtiũ. ꝑ oibꝰ negligẽtijs meis ꝛ pctis pñſen/ tibꝫ ꝑteritis ꝛ futur̃. Pro ſta/ tu ꝛ incolumitate ſcte ꝛ totius dei eccleſie. Procꝫ defenſoribꝫ ꝛ gubernatoribꝫ totiꝰ xpianit/ tat̃. ꝑ ꝯgregatiõe hac. ꝛ ꝑ oibꝫ ꝯgregatiõibꝫ huic ꝯiũctis ꝑ ſe niore meo. ꝑ genitore ꝛ genitri ce mea. ꝑ fratribꝫ ꝛ ſororibꝫ et ꝑ oibꝫ ꝓpinquis ꝛ familiarita/ te ꝛ ꝯſanguinitate mihi iũctis ꝛ pro illis q me ex ſacri fontis baptiſmate ſuſceperũt. ꝛ in cõ firmatiõe epi manũ dederũt. ꝛ ꝑ illis q ſe meis orõnibꝫ cõ/ mẽdauerũt. ꝛ qbꝫ rogaui cari/ tatẽ fieri. ꝛ qꝛꝝ timore amore ꝛ aſpectu peccaui. Et qbꝫ peccã di aditũ ꝯceſſi. tã viris q̃ mu lieribꝫ. tã viuis q̃ defunct̃. vt defuncti ꝯſortiũ regni celeſtis ꝛ viui ſpaciũ pnie ꝛ emẽdatio nis cõſequi mereant̃. Libera me dñe de oibꝫ malis ꝛ a pra/ uis cogitatiõibꝫ Repelle a me dñe ꝯcupiſcentiã carnalẽ: ꝛ i/ mundã pollutionẽ mentis et corpis. Eripe me dñe ab im/ pedimẽto ſathane ꝛ miniſtro/ rũ eiꝰ viſibiliũ ꝛ inuiſibiliũ q q̃rũt aiam meã. Et mitte an/ gelũ tuũ ſctm̃ de celis: q cuſto diat ꝓtegat viſitet gubernet ꝛ defendat me ab hoſtibꝫ viſibi libꝫ et inuiſibilibꝫ. Dirigatq; mein viã veritat̃. ꝛ qñ me iuſ ſeris de iſto corꝑe exire non oc currãt mihi tempeſtates tene brarũ nec me poſſint nocere. aut diuertere de via tua ſctã: nec a dextris nec a ſiniſtr̃ Sꝫ pſta me ad te venire. Salua/ tor mũdi. Qui cum deo pře ꝛ ſpũſctõ viuis ꝛ regnas.

Decretũ ſiue ꝯſtitutio ſalu berrima cõcilij baſilienſ. quõ officiũ diuinũ in eccleſia ſit ce lebrandum.

Si qs ꝑncipem ſecli roga turꝰ habitu honeſto: ge/ ſtu decenti. ꝑlatiõe nõ ꝑcipiti: ſꝫ diſtincta attenta q3 mẽte ſe ipm ac ꝟba ſua ſtudꝫ ꝯponere Quãto diligẽtiꝰ in h ſacro lo co oipotentẽ oraturꝰ deũ. hec oino facere curabit. Statuit igit̃ hec ſctã ſynodꝰ. vt in cun ctis cathedralibꝫ ꝛ collegiat̃ eccleſijs: horis debitis ſignis ꝯgrua pulſatione ꝑmiſſis. lau des diuie ꝑ ſinglas horas. nõ curſim ac feſtinãter. ſꝫ aſiatim

⁊ tractim. ⁊ cū pausa decenti: ꝑsertim ī medio cuiuslibꝫ ꝟsi-culi psalmoꝝ debitā faciendo inter solēne et feriale officium differētiā ab oībꝫ ꝑsoluantur. Horas canonicas dicturi. cū tunica talari ac superpellicijs mundis vltra medias tibias longis vl' cappis iuxta temporū ac regionū diuersitatē ecclesias ingrediant᷑. nō capucia sꝫ almucias vl' birreta tenētes in capite. Qui cū in choro fuerit grauitatē ſuent. quaꝫ ⁊ locꝰ et officiū exigūt. nō in sil' aut cuꝫ alijs ꝯfabulātes seu loquētes aut lr̄as vel scp̄turas alias legētes. Et cū psallēdi gr̄a ibidē ꝯueniāt. muta ⁊ clausa labia tenere nō debēt. Sed oēs ꝑsertim q̇ maiori fungunt᷑ honore. in psalmis hymnis ⁊ cāticis deo alacriter modulent᷑. Cū dꝛ gl'ia pr̄i ⁊ filio ⁊ spūisc̄o Omēs ꝯsurgāt. Cū noīatur gl'iosum illud nomē ih̄s: in q̊ oīe genu flectit᷑. celestiū terrestriū ⁊ infernoꝝ oēs caput inclinent. Nemo ibidē duꝫ hore in cōmuni publice cantant᷑ legat vel dicat priuatim officiū. Nā nō solū obsequiū quo obnoxiꝰ est choro subtrahit. sꝫ alios psallentes ꝑturbat. Super his debite obſuādis. alijs qꝫ ad diuini officij ꝓsecutionē ac chori disciplinā spectātibꝰ: decanꝰ vel cui onꝰ incūbit diligenter inuigilet hincinde: ne q̇d inordinate fiat circūspiciens. hoꝝ aūt trāsgressores illius hore in q̄ circa ꝑdicta excesserint vel alia maiori ꝓut grauitas exigit plectat᷑ pena.

## Quo tempore quisqꝫ debꝫ esse in choro.

Qui in matutinis ante finē venite exultemꝰ. In alijs vero horis an̄ finē primi psalmi. In missa ante vltimū kyrieeleyson. vsqꝫ in finē diuino officio non interfuerit: nisi forte necessitate cogēte. ac petita et obtēta a ꝑsidente chori licentia discedere oporteat. Absens censebit᷑ ꝓ illa hora. Saluis eccl'iaꝝ cōsuetudinibꝫ si q̄ forte circa hec artiores existāt. Idem in his obſuet᷑ q̇ a principio vsqꝫ in finē in ꝓcessionibus nō ꝑseuerauerint. Pro cuius executiōe deputat᷑ aliquis onus habens ꝑsonas singl'a notādi statuto tp̄e nō ꝯuenientes iuramēto astrictꝰ agere fideliter ⁊ nulli parcere.

De his q̄ in miſſa non com
plent credo. et cantant cantile
nas vel minus baſſe miſſaȝ le
gunt aut ſine miniſtro.

Abuſum aliquaꝝ eccle-
ſiaꝝ in Credo in vnum
deū qḋ eſt ꝯfeſſio ⁊ ſymboluȝ
fidei nr̄e vbi nō cōplere vſqȝ
ad finem cātat̃. aut p̄fatio ſeu
orō dn̄ica omittit̃. vl' in eccl'ijs
Cantilene ſecl'ares voce admi
ſcent̃. ſeu miſſa etiā p̄uata ſine
miniſtro. aut p̄ter ſecretas orō
nes ita ſubmiſſa voce dr ꝙ a
circūſtātib9 audiri nō pōt ab-
olētes ſtatuim9. vt q̄ i his trāſ
greſſor inuēt9 fuerit a ſuo ſu-
periore debite caſtiget̃.

De impignerātib9 cultū diuinū.

Abuſum etiā illuȝ cultui
diuino maifeſte derogan
tē q̄ nōnulli eccl'iarū canonici
ꝯtrahētes debita ſic ſe credito
rib9 obligāt. vt niſi ſtatuto tē-
pore ſatiſfaciāt a diuis ceſſent
officijs abolētes et obligatōeȝ
hmōi etiā ſi iureiurādo firma
ta ſit irritā decernentes ſtatui-
mus q̄ talē illicitū ꝯtractū fe-
cerint triū menſiū fructus ip̄i
eccl'ie applicando ip̄o facto a-
mittāt. et q̄diu nō reſipuerint
nullos ex ip̄a eccl'ia ꝓuent9 p-
cipiant.

Qualiter hore ex-
tra chorum dicende ſunt.

Admonet hec ſcā ſynod9
ſi orōes deo acceptas cu
piunt. vt nō in gutture vl' inter
dentes: ſeu deglutiēdo aut ſin
copando dictiōes nec colloq̄a
vl' riſus intermiſcēdo. ſed ſiue
ſoli ſiue aſſociati diurnum no-
cturnūqȝ officiū reuerēter ver
biſqȝ diſtincte pagāt. ac tali i
loco vbi a deuotōe nō retrahā
tur ad quā ſe diſponere ⁊ p̄pa-
rare debēt. iuxta id qḋ ſcriptū
eſt. ante orōem p̄para aiāȝ tu
am ne ſis q̄ſi q̄ temptat deū.

Beat9 bernardus ſup can
tica ſmone ſeptimo de modo
pſallendi ſic ait.

Quibus in ore pſalmus in
corde ſapit. paꝝ ꝓdeſt ſo
la voce cātare ſine cordis intē-
tione. De9 eni cui nō abſcōdi
tur q̄cq̄d illicitū ꝑpetrat̃ nō q̄-
rit vocis leuitatē: ſȝ cordis pu
ritatē. Pſallētib9 dignāter ad
miſceri angeli ſolent. Ea pro-
pter attēdite angelos cū ſtatis
ad orandū ⁊ pſallēdū et ſtate
cū reuerentia ⁊ diſciplina. ni-
mirū miſſi in miniſteriū ꝓpter
nos q̄ hereditatē capim9 ſalu
tis deuotionē noſtram ferunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

i ſupna.referūtqꝫ grãz. Uſur
pemus officiū quoꝝ ſortimur
ꝯſortiū.laudeꝫ cū celi cantori/
bus in cõmune ducētes. vtpo
te ciues ſctoꝝ ꝛ domeſtici dei.
Hoc eni bonū eſt cū ꝓpter re/
leuãdos vite p̄ſentis labores.
q̄ vtiqꝫ tolerabiliores nobis fi
unt exultātibꝫ in laude dei.tū
qꝛ nihil ita ꝓpꝛie quendã terriſ
rep̄ſentat celeſtis habitatiōis
ſtatū.ſicut alacritas laudātiū
deuꝫ. O ſi q̄s haberet oculos
aptos.videret q̄ cura q̄ ve tri
pudio interſunt cantãtibꝫ.ad/
ſunt orantibꝫ.inſunt meditãti
bus.ſupſunt quieſcētibꝰ.ordi
nantibꝰ ꝛ pcurantibꝰ preſunt
Agnoſcūt nimirū ſupne pote/
ſtates cõciues ſuos. ꝛ ꝓ his q̄
hereditatē capiūt ſalutis ſolici
te ꝯgaudēt.ꝯfortãt.inſtruūt.
ꝓtegunt.prouidētqꝫ oibꝰ oīa
in oibus. Unď vos moneo di
lectiſſimi vere ſemꝑ ac ſtrenue
diuinis itereſſe laudibꝫ Strē/
nue quidē vt ſicut reuerent ita
ꝛ alacriter dño aſſiſtatis nō pi
gri.nō ſomnolenti.nō oſcitan
tes.nō parcētes vocibꝰ.nō p̄/
cidentes ꝟba dimidia nō inte
gra tranſſilientes.nō fractis ꝛ
remiſſis vocibꝫ.muliebꝛe q̄d/
dam balba de nare ſonantes
Sed virili vt dignū eſt ſonitu
ꝛ affectu voces ſcti ſp̄us depro
mentes. Pure vero vt nil ali/
ud dū pſallitis qꝫ qď pſallitis
cogitetis. Nec ſolas dico vitã
das cogitatiōes vanas ꝛ ocio
ſas vitāde ſunt ꝛ ille.illa dun
taxat hora.ꝛ illo loco q̄s offici
ales fratres ꝓ cõmuni neceſſi/
tate q̄ſi neceſſario frequenter
ad mittere cõpellunt. Sed ne
illa quidē ꝑfecto recipe tūc cõ/
ſuluerim.que forte pauloante
in clauſtro ſedētes in codicibꝫ
legeratis. Salubria ſunt.ſed
minime illa ſalubrit int pſal/
lendū reuoluitis. Sp̄us eniꝫ
ſanctꝰ illa hora gratū nō reti/
pit.quicq̄d aliud qꝫ debeſ (ne
glecto eo qď debes) obtuleris.
Idem de orone. In cūctꝫ acti
bus nr̄is mľta eſt opus animi
vigilãtia:ſed p̄cipue in oratōe
licet eni ſemꝑ videamur a deo
Sꝫ in orone etiã p̄ſentamꝰ et
oſtēdimꝰ nos q̄ſi facie ad faci
em cū deo loquētes. Porro qꝫ
uis vbiqꝫ ſit deꝰ.in celo tñ orã
dus eſt.ibiqꝫ oronis tpe cogi/
tandꝰ Sic igiť oret q̄ orat.ſic
ſemetipm ꝯſideret ꝛ attendat
tãqꝫ pñtatū dño maieſtatis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sequunt nunc q̄dā̄ medi tatiōes ſeu orōnes deuote ð q̄ buſdā p̄ncipalioꝛib festiuita- tib anni. Et pꝛimo de natali dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti.

Sabaoth arcē tenens ini- tio. finecꝫ carēs. que tibi munia grā꜡ gen⁹ hūanum ꝑ ſoluet. q̄ ꝓthoparentem tibiꝗ pi foꝛmaſti ꝯſilem. ꝛ cū cūcta ele mēta tm̄ v̄bo foꝛmares poten ti maib diuinis ſolū hoiez ad tui cōpoſuiſti ymaginē. ipſuꝫ cꝫ eximio honoꝛe ſapienti tuo ditaſti ſpiramie eo tenoꝛe. vt ſi in tui p̄cepti vigoꝛe ꝑſiſteret. le ge ꝑpetua paradiſi amena he reditaret. Sꝫ p⁹cꝫ vehemoth nequiſſimus artib nephariꝗſ ip̄m ſubuertit. expers delicia- rū in lacū labit miſeria꜡. oēm cꝫ poſteritatē p̄uaricatōis reā ſilem duxit in penā. Sꝫ tu de us ꝯſolatiōis affectu tact⁹ mi ſerationis manuū tua꜡ opus in pꝛiſtinū refoꝛmare decreue- ras dec⁹ ꝛ nō ꝑ angelū hoc. nc facile tui ꝑ imperiū. ſed ꝑ repa rationē hois cari verbū tuum voluiſti incarnari. Et in teſti moniū eximie dilectiōis filiuꝫ tuū tegmine indueras carnis Laus tibi pr̄i glie: q̄ nr̄e cōdo lens miſerie. nunciū ð alto mi ſeras celi in vallē nr̄i exiliꝗ. ſū- mū gabꝛielē q naſciturū p̄dixe rat gabꝛiel. Alia orō.

Cantem⁹ dn̄o canticū no uū iocundū. q̄ ꝑditū ho- die renouauit mundū. panga mus tibi laudes pia mat ma- ria. qꝛ ꝑ te nob celeſtis reddi- ta ē patria. Genito ſūmo laus ſit ꝛ glīa. qꝛ puer nat⁹ eſt ho- die de v̄gine maria. Bn̄dicta q̄ nos ſoluit a maledicto. Vir tus ꝛ imperiū ſit ꝑuulo vagi- enti i cunīſ q̄ liberauit nos a le gib duris Claritas ꝛ celſitu do ſit tibi ſpūs alme. q̄ v̄ginis inuiolate penetraueras aureꝫ. ip̄am tua obumbꝛās virtute diuio fecūdaſti germie. O tri- nitas indiuiſa. te toto mentis collaudamus niſu. coꝛde voce labiꝗs ꝑſoluētes debitū laudis O rex regū nō me abhomierꝭ reū. ſed te laudātiū vltimū. ꝑ natiuitatꝭ tue exaudi glia꜡. ob liuiſcere delicta iuuētutis mee q̄ veſteꝫ induiſti moꝛtalitatis nr̄e. Eſto cūctis ꝓpicius. q̄s ti bi cōmēdo p̄cib. oim bonoꝛū ꝯgregationē ꝑ tuā ſctām ꝯſer ua genitricē. Et aias famulo- rū famula꜡cꝫ tua꜡. q̄꜡ magi

ſterio aliquãtulũ ꝑfeci i tuo ſ⸗
uitio. eoſqꝫ ꝑ lucratis talentis
euãgelicis cõputa ſuis. bonis
remunerãs ſcẽpturis. illiſqꝫ ꝑ
ſta veniã remiſſiõis q me ſua
dente a tramite deuiauerũt re
ctitudinis. Neqꝫ obnoxiũ ni
mis. ne ꝑcipitari ꝑmittas ab
inimicis. Sed ſuauiſſime ca⸗
ritatis tue me accẽde dono. q
ꝑ nob hodie fact⁹ es homo

O Ieſu benigne q aulã vir
ginis elegeras digne. ex
qua naſci voluiſti ꝑ pctõribus
me reuoca ab erroribꝫ. lapſum
in delictis ſepe. ad caritatꝫ tue
reduc ꝑſepe. tuis reuoca pecco
ribꝫ vt gaudẽs dicã cũ paſtori
bus. Glĩa in excelſis deo. ⁊ in
ter. ⁊c. Alia orõ de eodem.

Qui egreſſus es ꝑ ꝟginis
aluũ. mea delictis effice
ſaluũ. Angeloꝝ cibꝫ q teneros
ꝓpter nos ſuſtinuiſti vagitus.
cor meũ in tuo amore accẽde.
vt te diligere valeã digne. O
lucifer eterne. qui hodie tene⸗
bras nr̃e viſitaſti terre. glorifi⸗
cam⁹ te cũ ſupnis ciuibꝫ. q de
ſiderabilis tuis appuiſti oui⸗
bus. Indut⁹ hũanitatis nr̃e
forma vili. vt nos paradiſia⸗
co redderes ouili. illa nos q̃ſu
mus ꝑfunde pace. quã angeli
nobis in celi cõcinebãt arce vt
iuxta ꝑſagiũ gabrielis tu nobi
ſcum eſſe digneris. Illuc nos
tecũ tranſuehendo ſuper aſtra
vbi nunqꝫ deeras. cũ nr̃e hu⸗
militatis naſcẽdo viſitares ca⸗
ſtra. Et aniabꝫ eoꝝ requiẽ eter⸗
nam concede. q in nr̃e ꝯgrega
tionis morati ſunt ꝯuerſatiõe.
⁊ aniab⁹ oim fideliũ defuncto
rũ pietatis tue tribue refrigeri⸗
um. Qui hodie ꝑ nobis nat⁹
es in diuerſorio me miſerũ in
celeſti pie cognoſce pretorio.
Cum tibi ad iudicandũ fue⸗
ro ꝑſentat⁹ nõ me inſpicias fa
cie irata. Sed ꝑ dulcem dile⸗
cte mr̃is ſinum vultũ oſtende
pluꝫ. Ab auditu dãnationis
eruens acerbo ⁊ nunqꝫ tali cor
ripe verbo. pſ. Quid gliaris
in malicia. Item oratio.

Regia proles chriſte me
a callido ꝓtege hoſte ne
tue forme honorem decipiat ꝑ
errorẽ. Qui noſtre particeps
factus es nature. tuo me poſſi
de iure. fili regis: freno me tue
circunda legis. cum ceperꝫ iu⸗
dicare populũ in iuſticia. mea
ne recorderis vicia. Sed quã
do ſaluos facies filios paupe⸗
rum. ad eorum me iunge con
ſortium.

Item oratio.

Qui in duorum animalium ia-cuisti medio tue dilectionis me inflamma desiderio: vt affectu omi tendens ad te effici ar animal tuum peculiare. Quod illa digneris pga regere q florum it de radice yeſſe. vt te ſup me manente ad illam ducas ſemitam. q ppetuam ducit ad vitam. Amen

Item alia oratio ſeu meditatio de natali domini.

Gaudeamus omnes qz maria pepit prolem. cuius nomen pmanet an ſolem Felix illa dies in q nob angli facti ſunt ciues. Soluta ſunt pme maledictiois iura angeli famulantur ad cunas Tali infantulo iubilemus nos pctores q angelos habuit obſtetrices. Quez tremit ſtelliger axis. in aſperiſ delectatur ſaxiſ. mollibus quibus cz ptemptis. vt ſubueniat redemptis. Nunc cognouit bos ſuuz poſſeſſorez cognoſcimus et nos laudantes te nrm ſaluatorem dicentes in bona voluntate. gloria tibi puer optate. q veniſti deſiderabilis. pacez ferens populis miſeris cunctis viuis ac defunctis. p qbus tegmen ſuſcepas carnis. z me quocz a viciorum abſolue nexibus artis Per interuentum pie mris. Spes quam dirigo in ipſam firmiſſima ſubueniat mihi in die nouiſſima. deferatcz in tuam pſenti am obtinens venie plenam indulgentiam vt p glioſum tui partum eterne beatitudinis adipiſci merear ptem. Qui p nob naſci voluiſti in mundo. miſerere mei in aduentu tuo ſcdo. ne lampade extincta in tenebras exteriores mutar vinctus: Sz p feſtem fidei nuptialem intromittar in aulam tui regalem. O fili magni imperatoris cum omi tu ore iure laudaris. memor eſto tue pietatis. quam tpe exhibuiſti tue natiuitatis. Ois lingua te iubilat digne q pdito orbi ſpem tui miſiſti pbi. Per iſtius dici feſtum exaudi me nimis meſtum z anxium in delictis. audi me cum electis q non pter iuſtos ſed pctores nre pegrinatiois viſitaſti terminos. Item alia oratio.

Datus eſt nob infans ſine macula. q hoſtis antiq a nob expulit iacula. z p huanitatis ſue hamum: ſerpentez cepit pphanum. de cuius ore erue me ieſu bone. pdulce decus pgi nis manuum tuarum in me ne deſpicias opus. Sz cor meuz tuo tange digito. vt dextere excelſi

in me fiat mutatio. Precor te dulciſſime dñe miſerere anĩe mee miſere. ⁊ in natal' tui feſtꝫ fac me letari cũ iuſtꝫ. ⁊ anĩas oĩm fideliũ inq̃etis colloca re-frigeriũ. Amẽ.

Item orõnes de natiuitate dñi ad ſanctã mariã ꝟginẽ.

Sancta maria mr̃ dñi nr̃i ieſu xp̃i. te adoro. te lau-do. te glĩfico. te bñdico. te ma-gnifico. in hac ſctã natiuitate vnigeĩti filij tui. adoro altitu-diuẽ ⁊ honorẽ ⁊ btitudiuẽ tuã adoro ꝟginitatẽ tuã. adoro ſcã merita tua. q2 ſola fuiſti digna int̃ oẽs feias portare dñatorẽ ⁊ creatorẽ celi ⁊ t̃re marꝫ ⁊ oĩꝫ q̃ in eis ſunt. Adoro btã viſce-ra tua q̃ portauerũt deũ ⁊ ho-miuẽ. adoro btm̃ vẽtrẽ tuuꝫ q̃ portabat xp̃m dñm. adoro be-ata vbera tua q̃ lactauerunt ſaluatorẽ mõi. Et p̃cor te be-atiſſima dei genitrix ꝟgo ſctã maria ꝑ amorẽ vnigeniti filij tui. quẽ in hac nocte in ſalutẽ mei ⁊ oim ĩ te credẽtiũ genui-ſti vt digneris me exaudire ⁊ adiuuare ĩ oĩbꝫ neceſſitatibꝰ ⁊ anguſtijs aĩe ⁊ corpis. ⁊ ñ de-relinq̃s me ſine adiutorio tuo ꝟgo ſctiſſima ĩ illa tremenda hora. q̃ñ aĩa mea exierit de cor-pore meo. ſꝫ ꝑ tua ſcã merita ⁊ interuẽtiões. eadẽ hora ſecurꝰ ꝑueniã ad portas ꝑadiſi ante ꝯſpectũ dei vbi merear videre filiũ tuũ ⁊ leticiã ſempiternaꝫ cũ illo ſine fine valeã hr̃e. A.

Alia oratio ad eandem.

O Pia ſctã maria dulciſſia ornamentũ ſecl'i ⁊ gẽma ac margarita celeſtꝫ. tu porta ꝑadiſi. tu ianua filij dei. tu tẽ-plũ dñi. tu palaciũ xp̃i. Per te ſcã maria dei geĩtrix porte pa-radiſi apte ſunt. ꝓpter te pax ĩ-ter hoĩes ⁊ angl'os facta ẽ. ꝑ te mũdꝰ reſtauratꝰ eſt. ꝓpt̃ te por-te tartari fracte ſunt. ꝑ te ꝟgo ſaluator mõi natꝰ eſt ꝑ quem mũdꝰ ⁊ oĩa bona ꝯdita ſunt. Tu dña ſcã maria. glĩa es hie-ruſalẽ. tu leticia iſrl'. tu exulta-tio mõi. tu ꝑmanes ĩ regno fi-lij tui vbi tibi ſuiũt angl'i. ar-changeli. p̃triarche. ꝓphe. apl'i. martyres. ꝯfeſſores. virgines. Ideo p̃cor te clariſſima ⁊ btiſ-ſima ꝟgo. totiꝰ mundi regina dña ſcã maria ꝑ vnicũ filiuꝫ tuum qui in hac nocte ex te natꝰ eſt. vt non derelinq̃s me in oĩbus neceſſitatibꝰ anim[illegible] ⁊ corpis. Sꝫ ſemꝑ [illegible] ꝓtegas ⁊ defendas me ab oĩbꝫ iſidijs inimicorꝫ meorꝫ viſibilium et

inuiſibiliū: ne valeant nocere mihi. nec inferre calūniā dolis ꝛ detractiōib⁹ ſuis. ſed ſint al ligati ꝛ ꝯſtricti in hac ſacratiſ ſima nocte. vt nō poteſtatē vl lam habeāt. in hoc anno. aut poſt hac in me.

Item alia oratio:

Sancta dei genitrix ꝟgo gl'oſiſſima ſempq́ȝ ado randa ꝛ venerāda te ꝓpter ſan ctū filiū tuū q̇ in hac nocte ex te naſci voluit ſupplicare p̄ſu mo. vt cū oib⁊ choris angeloꝝ atq́ȝ oim ſupnoꝝ ciuiū. q̇ i hac xp̄i natiuitate bn̄dicunt ꝛ lau dant eū in oib⁹ miracul' ſuis. ad oḿipotentē filiū tuū p̄ces effundere ꝓ pctis meis digne ris. Succurre mihi ſcā maria ꝟgo virginū vt interceſſionib⁊ tuis ſacris in meli⁹ muter in hoc inſtāti anno: ꝛ poſt hac fe lici curſu viuere valeā ꝓpter il lius largā miſc̄diam. q̇ in hac nocte ex te naſci dignat⁹ eſt. ꝓ pter tuā dignitatem ꝛ mundi cie meritum. Amen.

Item alia oratio ad idem.

Sancta dei genitrix virgo glorioſa maria te dep̄cor ego famulus tu⁹ licȝ indign⁹ ꝑ ſanctā natiuitatē in qua cre atoris oim prolē genuiſti. vt ſis mihi adiutrix in oibus an guſtijs meis. ꝛ liberes me cle menter de vniuerſ' q̇ mihi ad uerſan̄ die ac nocte. Itēq́ȝ de p̄cor te ꝑ ſanctā crucē in q̄ pen dens fili⁹ tuus omp̄s deūs te cōmendauit diſcipulo ſuo di cens. ecce mater tua. ꝓpi⁹ no men. ꝛ amorem cōmendo tibi cauſam meaȝ in hac ſacra no cte. ꝓ q̄ inuocaui te. ꝛ quam in tuam ſanctiſſimam interceſſi onem cōmendaui ac ſemꝑ cō mendo.

Alia orō.

Domina ſctā maria in ſi nū tue pietatis ꝛ clemen tie cōmēdo hodie ꝛ ſemꝑ ani mā meā ꝛ corp⁹ meū. ꝛ omēs ſenſus meos. ꝯſilia. deſideria. voluntates. cogitatiōes ꝛ act⁹ meos. ꝛ vitam meā ꝛ fineȝ vi te mee. vt ꝑ tuū ſanctū meritū dirigan̄. ꝛ diſponan̄ ſc̄m tuā tuiq́ȝ filij voluntatē. Eſto mi hi dn̄a adiutrix ꝛ ꝓtectrix con tra omēs inſidias ꝛ ꝟſucias ꝛ laqueos callidi hoſtis: ꝛ omni um inimicoꝝ meoꝝ viſibiliuȝ ꝛ inuiſibiliū. ꝛ ꝯtra omia illo rū cōſilia ꝛ voluntates. q̇ mi hi vel ꝓpria voluntate velint aut faciūt aut cogitant ſeu fa cere deſiderāt malū. vt nō poſ ſint in aliq̇ me nocere: vl' vllū

damnū inferre in aīa ꝛ ī cor/
pore Et fac mecū dn̄a ſcā ma
ria ꝑ ꝟtutē ſctē crucis ſignū in
bono vt videat inimic⁹ aīe ꝛ
corꝑis in die iudicij ꝛ ꝯfunda
tur. quoniã tu dn̄a adiuuiſti
me ꝛ ꝯſolata es me.

Itē alia orō ad eandem.

SAncta maria ꝟgo ꝛ ꝑpe/
tua exaudi me miſerrimū
pctōrem ad te clamantē: ꝛ in/
tercede ꝑ pctis meis nimijs et
ſupfluis. Et libera me ab om
ni malo p̄terito p̄ſenti ꝛ futu/
ro. ꝛ defende me ab oī tribula
tione ꝛ anguſtia neceſſitate ca
lamitate ꝛ miſeria. Ab oī hu/
mana dāpnatiōe ꝛ ꝯfuſiōe nūc
ꝛ in euū. Amen. Item orō
final' de natiuitate dn̄i ad xp̄ȝ
pro viuis ꝛ defunctis.

DOmine ieſu xp̄e ſuſcipe
preces mei pctōris ꝑ aīa
pr̄is mei ꝛ mr̄is mee: ꝛ ꝓ om̄i/
bus fidelib⁹ viuis ꝛ defunctis
q̄ me pctōrē aliq̄ caritate te in/
ſpirante ſpecialiter vnq̄ȝ dile/
xerunt. ꝛ ꝓ oibus illoꝝ aīab⁹
q̄ de nr̄a ꝯgregatione ex hoc ſe
culo migrauerūt. Et ꝓ illis q̄
me aliq̄d boni docuerūt. ꝛ q̄/
rum me precib⁹ commendaui
vel qui ſe meis cōmendauerūt
Et q̄ de terrenis facultatibus
ſuis mihi ſolacia p̄buerūt. q̄ ꝓ
prijs manib⁹ laborando mihi
ſeruierūt. Et ꝓ oibus ex quo/
rum carne originē duxi. et qui
